



# Origines illustriss. stirpis Brandenburgicae seu Historiae expositiones geminae de nobiliss. et antiquiss. Welforum prosapia

<https://hdl.handle.net/1874/389721>

22

ORIGINES ILLVSTRISS.  
STIRPIS BRANDEBVRGICÆ,  
seu  
**HISTORIAE**  
**EXPOSITIONES GEMI-**  
**NÆ DE NOBILISS. ET ANTIQVISS. WEL-**  
**FORVM PROSAPIA: E GERMANI-**  
**ca lingua in Latinam con-**  
**uersæ.**

ITEM  
COMMENTARIVS DE MARCHIONVM  
& Electorum Brandenburg. &c. Burggraforum Noribergensium, &c.  
familia, certa & evidenti generis enucleatione per con-  
ditores Comites Zollerenses è Welforum  
progenie deducta.

AVCTORE  
REINERO REINECCIO  
STEINHEMIO.

ACCESSIT in fine historia de vita Hugonis & Theodorici, Marchionum  
Brandenburgensium, &c. è stirpe optimatum Saxon.



FRANCO FVRTI  
Apud Andream Wechelum,  
M. D. LXXXI.

САМЫЕ ПРИЧИНЫ  
ПОДСТАВЛЯЮЩИЕ

БАНКЕТЫ

И МНОГИЕ ДРУГИЕ

ПРИЧИНЫ

ПРИЧИНЫ

ПРИЧИНЫ



3

IN ORIGINES STIRPIS  
BRANDEBVRG.

AD

# ILLVSTRISS. PRINCIPES ET DOMINOS, DN.

IOANNEM GEORGIVM S. ROMANI IMPERII ARCHICAMERARIVM ET ELECTOREM VII. virum, Dn. IOACHIMVM FRIDERICVM, Archiepiscopatus Magdeburg. Administratorem, & D. GEORGIVM FRIDERICVM, Marchiones Brandenburg. Prussorum, Stetini, Pomerania, Cassuborum, Slauorum, nec non Carniolæ ac Crostnae in Silesia Duces, Burggrafios Noribergenses, &c. Principes optimos atq; clementiss.

Proœmium

REINERI REINECCII  
STEINHEMII.



LVRIM V M omnibus temporibus summi Reges summiq; Principes, ei liberalis doctrina parti, qua rerum gestarum complectitur memoriam, & usitato Historiano nomine accipi consuevit, detulerunt: Cum alij scribendo vacarent ipsi, alij, quibus à maximorum negotiorum occupationibus ad hoc otium non suppeteret, qui in partes illas succederent, studio alerent munifico.

Exempla utriusq; tam vetera quam recentia, interq; hac perquā illustria aliquot Germanicorum Principum, in medio sunt: quae hic commemorando inculcentur, opus non est. Nec causa instituti tam praelario obscura cuiquam esse potest. Nam si estimarerem recte volumus, apertum hoc & evidens fit, ab nullo alio studiorum genere accedere reipub. ornamentum vel maius vel utilius. Ut

A . ij

enim suum reliqua disciplinae usum, eumque pernecessarium, habet, neque his iuncta legum vinculis honestis hominum societas, carere potest: ita profectio qua prudentiam ciuilem pariat, et rerum usum confirmet, hac facile princeps existit. Addo id etiam, ut ad posteritatem cum de regnis atque rebus publicis, qui in his rerum potiuntur, Regibus et Principibus sua constet dignitas, nec rerum gestarum sequatur obliuio, solius historiae beneficium esse. Ac fieri quidem hoc cernimus; ut, quo quisque illorum vel diligentiam, vel respectum hic prolixiorem attulit, fama huius atque nomen celebretur studiosius: qui vero neglexerunt, eorum memoria una cum ipsis sepeliatur ac extinguitur, vel in obscuritate relinquatur.

Sunt autem historiarum expositiones non unius generis: quae ut singulari utilitatis fructus singulos, eosque amplissimum suppeditant, ita quos natalium decus commendat atque splendor, non potest non ea praecipue, quae in familiarum illustrium investigatione versatur, mirifice afficere, et voluptate explere iucundissima. Quot enim hic, quamque insignes summorum heroum occurruunt imagines? et quidem eiusmodi imagines, quibus non oculi sed animus pascatur, et ab praeclarissimorum exemplorum documentis tum ad rectistudium inflammetur et confirmetur, tum a vitijs auertatur. Ac sunt quidem illae, si solidum hanc ad rem afferre iudicium voluerimus, verae et certae imagines, quas nec flamma nec rerum edax tempus consumere, aut abolere possit, sed diuturnitas venerabiores faciat. Vnde Rex nobiliss. et omni virtutum genere cumulatissimus, AGESILAUS Spartanus, de se relinquere talem quampli tantum studuit, neque aliam quam vel pingeretur vel fingeretur haberi passus unquam fuit. Nec sua eum opinio est spes, qua immortalitatem spectaret, fecellit. Etenim, ut recte ait Cicero, unus Xenophontis libellus in eo regelandofacile omnes imagines omnium, statuasque superauit.

Ceterum cum parte ista opera & premium factum hactenus nullum fuerit, et veterum de eodem argumenti genere monumenta interierint penitus, diligentia qualiscumque, hic nostra conferre operam visum fuit. Ac prodierunt iam de nobiliorum aliquot regnum, quae in tres priores Monarchias incidissent, familiae expositiones nostra: quibus deinceps etiam reliquias, Deo largiente, sic adiungemus, ut ad recentiores progrediamur, itaque superius aliquid demus: modò tamen ab opere necessaria non deficiemur. Ad quod utinam, qui hanc deberemus orum meritis ac virtuti tanquam gratiae alicuius referenda voluntatem videntur, attendant ali-

dant aliquando, atq; inuigilent diligentius: Quandoquidem res illa admodum operosa est, nec absq; adiumentis publicis præstari potest. Libitum verò fuit nunc tractatione familiarum veterum nonnihil seposita, in recentiores, hoc est, quæ iam in imperijs sunt, opera & aliquid experiendo nauare: Ut animus ab argumento rerū multis retrò seculis gestarum, ideoq; varijs inuolucris abditissimorum, penè fessus, aliquo veluti diuerticulo recrearetur. Et si omnino & hic nobis plus satis negotij faceſſitum fuit: dum crassa & supina superioris aetatis scriptorum negligentia res sape maxima & vel obscurius pertractantur atq; inuoluuntur, vel planè reticentur. Quod quando frustra nunc querimur, eam iterum seculo nostro mentem optarim, idem ipsa studio attentiore ad posteritatem uti caueat, ne eadem de nobis haberi cum reprehensione querimonia posſit. Ad quam autem principe loco aggredi expoliendo, & manus ad mouere, duxiſſemus, illuſtriſ. & præpotens Marchionum Brandenburgensium, &c. occurrebat prosapia. Hac enim quamvis ab ijs profecta sit conditoribus, qui prealta maiorum serie, amplitudine rerum gestarum & in rempub. meritis, haud facile ulli è Germanici nominis Principibus concedant, tamè quam ab explicationum hactenus conuenientium ac necessariarum pleno quasi cultu deserta permanit? Id quod ut ne videatur in cuiusquam contumeliam dictum, nō addo de eo nunc plura, itaq; potius statuo, vehementer plerisq; deberi. Et est quidem Ioannis Schosseri Marchiados liber in medio: ac circumferuntur & Wolfgangi Iusti & Georgij Seifridi compendia. De origine verò illuſtriſ. Brandenburg. domus maximè eorum probarim sententiam, qui à Welfis indigenam credidere. Quorsum enim, aliunde in gentē nostram accersere ornamenta velle, quæ domi nata habeamus? numne ipſi nos eoperquam honorifico elogio indignos statuemus, atque adeo exuemus, quod his verbis Tacitus historia & lib. 13. inseruit:

NVLLOS MORTALES ARMIS AVT FIDE ANTE GERMANOS ESSE? num ad alterum recens non attendemus? quod in hanc sententiam habet Laonicus Chalcocondyles Atheniensis lib. 2. Nulla est gens, quod sciam, quæ melioribus regatur legibus. Quòd si cōcordia studiosi essent, & sub uno degerent Principe, planè essent inuicti, mortaliumq; fortissimi, &c. Nec cetera eodem pertinentia argumenta suo loco omittemus. Cumq; uti gentes, ita & familiæ sua & peculiaria fata atq; periodos habeat, accidit hoc quoq; de Welfis, ut ex eis deductæ propagines alia alijs magis florarent. Tametsi de his ipsis propaginibus dolendum est, non fuisse eas

traditas integras, seu quibus illae se mutua agnationis gradibus cōtingant: Quando etiam quamnam illae, & quot numero fuerint, nō satis constat. Forte autem credi prima recte potest, qua in Bauaria & Suevia dominata est. De qua cū in expositiones duas Germanicas, que inde à primo conditore stirpem repeterent, incidissem, ut lectio etiam exteris pateret, in lingua Latinam transluli: Quod & ab ipsa vetustate deberi his fides atq; assensio videatur, & in quibus discreparent atq; deficerent, alia aliam explicaret & suppleret. Secundum hanc alteram statuerim Comitum Zollerensium, & inde tertiam C O L V M N I O R V M Romanorum: à quarursus sit ea condita, que Petrum edidit. De illis duabus videre hactenus mihi integrī nihil contigit: cū sparsim Columniā nusquam non historici inculcent. In eam, que à Petro celebratur, quandoquidem perplexis auctorum sententijs traditur, libuit inquirere ex Annalibus, quorum quidem habere copiam potuisse, enodati, atq; adeò peculiari commentario nostro de ea expicare. Utq; hoc institutum vrgeremus constantius, & Lazij notiones nos confirmabant, & amplius impulit quoddam à doctiss. viro communicatum, planeq; ut aiunt, virgula diuina suppeditatum scriptum, quod Zolleranam & Brandenburgicam domum inde ab Imp. Cæs. HENRICI V. temporibus, nusquam maiorum serie fathiscente, coniungeret. Inde enim hoc collegimus, eosipso, qui Henrici V. imperium attigissent, Petropatre credi genitos oportere: Quando nimirum de hoc etiam verisimiliores arguant conjecturæ, sub HENRICO IIII. potius, quam sub filio Henrico V. eum floruisse. Fuerit ergo ad istum modum à Petro deducta prosapia gradibus suis integra. Qua postea temporis iterum in familias duas distincta, altera Burggrafios Noriberg. & Marchiones atq; Electores Brandenburgicos, &c. altera Comites Zollerenses produxit. De hac alibi & separatim explicabimus, de illa ita hic agemus, ut pricipiè generis propaginem enodemus, & res gestas per summa tantum capita, & sc̄ptū, delibemus ac perstringamus. Nā plenè ac præ dignitate ijs explicare, opera maioris, & argumentialterius fuerit.

Quod autem fieri more maiorum consuevit, illustriss. Principes, Domini clementiss. ut qua in publicum edenda scripta sunt, patrociniis muniantur, idem obseruare ipse etiam ita volui, ut nostrum hunc laborem illustriss. Excelsitatib. V. dicarem: Qui propter qui à Welfis oriundi, nunc eius familiæ decus omni laude, summaq; potentia, splendore, auctoritate sustineant actueantur. Nec me præteri-

prateribat, ut sepositis grauioribus interdum negotijs, etiam historię lectionem, cœu vita magistram omnium optimam & luculentissimam, deniq; verè βασιλικὴν τῆμα, negligere Excelſitatem V. haud soleant: Quod studium voluntate ad illuſtriſ. familiā ſuā explicationem allatura videbantur prolixiore, quod domesticā non poſſint non peregrinis & alienis gratiora eſſe, & qui innatus mentibus omnium ſtimulus eſt, ut οὐρανός cognoscere quiſq; ſuos deſideret, eum in magnis Principiibus exiſtere ac riore neceſſe fit. Ergo maiores ſuos, hoc eſt, heroas laudatiſimos ita Excelſ. V. fuſcipiant, ut ſubiectiſ. obſeruantia ſignificationi noſtrā voluntatem propitiā nauent, oro obſecro. Ego quod in hoc ſtudiorum genere conſecutus ſum (quām exiguum autem id ſit, video) conſerre ad commodum publicum aueo. Ac ſi vita ſuppetet, neq; ea opera Excelſ. V. improbabilitur, etiam de illuſtriſ. Brandenburg. domo luculentiora dare conabor, atq; ita conabor, ut quām modō cœu ſemina iaciendo, aut ſurculos ferendo, ſyluulam plantauimus, in iuſtum aliquando veluti nemus excrescat. Quod reſtat, quao ab immortali Deo, imperiorum ſalutarium & illuſtrium familiarum protectore ἡγεμονῷ, prece ſupplice & religioſa etiam atq; etiam, ut Excelſitatem V. benigniſ. fauoris respectu ſaluas atq; incolumes paſtet, & in protegendo ac conſeruando doctrinacœleſtis puritatē, in tuendo propugnandoq; ciuilem hominum ſocietatem, disciplinam, leges, doctrinarum ſtudia, deniq; veterem illuſtriſ. domus ſuā gloriam cū retinendo tum accumulando, longiſſimum ſingulas in terris vita ſpatium confidere ſinat. Sic enim in religio niſ. vigente ſtatu rite ſanctiſſimum ipsius nomen coli celebrariq; poterit, ſic ſuā reipub. dignitas ac tranquillitas conſtabit,

& in communem omnium ſalutem  
conſuletur.

IN ORIGINES BRANDEBVRGICAS  
REINERI REINECCI, HI-  
storici clariss.

•• EPIGRAMMATA.

**R**EINERVS longa repetens ab origine stirpem,  
Vnde Ducum Brenni prodit in arce genus:  
Progeniem illustrat Welphorum, fortibus ausis  
Marchiacaeq; refert parta trophya domus.

Artis opus plenum, quo cœn sub imagine pingit  
Moribus expressos ingenioq; Duces.  
Hinc igitur morum, vitæ hinc exempla petantur  
Omnibus, hic reliqui quos imitantur, habent.  
Stemmatan non satis est Heroum nosse, necesse est  
Insuper Heroum splendida facta sequi.

A L I V D.

Dum gelida Heroas REINERVS morte peremptos  
Viuorumq; refert nomina clara Ducum:  
En facit ut viui nulos moriantur in annos,  
En facit exanimes viuere, Pallas ait.

A L I V D.

Præmia sèpè tulit, modò qui post ultima, fecit  
Principis unius, fata, vigere decus:  
Præmia quantaferes, REINERE, tot efficis unus  
Defunctos iterum qui superesse Duces?

A L I V D.

Hic liber illustres quia pace Heroas & armis  
Exhibit, illustri munere dignus erit.

Vrbani Pierij, Doctoris Theologi.

IN EASDEM.

REINECCI veterum scriptor Originum,  
Collectorq; fatigare recentium,  
Acri qui studio, atq; historica fide  
Exæquas veteres, & superas nouos:  
Qui dudum Arsacidas, atq; Seleucidas,  
Et multas aliorum, ac veterum magis  
In lucem reuocas doctus Origines:  
Tu qui Misniacis nuper & editis,  
Brandenburgiacas nunc etiam adiçis:  
Dic an percipias, dic quoq; præmia

Tantis

Tantis quæso mihi digna laboribus?  
Defuncti, scio, nil dant, dare nec queunt;  
Si viui tibi dant, si, dare qui valent,  
Rem dignam faciunt, gratulor et tibi:  
Si nemo tibi dat, sis memor illius:  
Ingrata omnia sunt: et recole ocia,  
Nil fecisse benignè est: et agas nihil,  
Ut velsic capias debita præmia.

Michaël Barth D.

A L I V D.

Qui vitam impertit multis, et viuere longum,  
Et nunquam manes dignus adire fuit.  
Tu facis hoc, REINERE, tuæ pariterq; Camæna,  
Quæ vitam reddunt post suafata viris.  
An non his igitur benefactis dignus es ævo?  
Sic est, sed vitam cui tua Musa dedit,  
Grata tibi reddet, BRENNI quæ sanguine gaudet,  
Et famam trifido terminat orbe domus.

Gregor. Bersmani Annæberg.

A L I V D.

Vt simulac viuis Amaranthus spargitur vndis,  
Ecce fouet crines exhilaratq; liquor;  
At prius, exanimat tristes dum Sirius hortos,  
Flexerat infelix vsta per arua caput:  
Sic quoties Procerum dicendi flumina virtus  
Accipit, est meritis firmior illa suis.  
Facta nequit tumulis reuocare potentia: felix  
Eloquium Ducibus nomina clara parit.  
Cur igitur sordent Musæ? cur iusta negantur  
Præmia? cur hodie sunt sine voce lyræ?  
Marchiaci certè Proceres non laude carebunt  
Illorum, scriptis dum referetur honos.  
Facta reuiuiscent, virtutum plena, nec olim  
Opprimet in tenebris viuida facta situs.  
Hinc aliquis, Procerum dulcem visurus honorem,  
Hi vario clari nomine, dicet, erant.  
Quæ calamo docti celebratur splendida virtus,  
Auferet à sera posteritate decus.  
Autor & aspiciet laudem gratesq; rependi,  
Nubila non sortis tempora semper erunt.  
Tu quoq; REINECI, virtute merebore nomen,  
Marchiacæ referens inclyta facta domus.

Mich. Haslobius F.

IN CLARISS. VIRI, DN. REINERI REINEC-  
CII, COMMENTARIOS DE ILLVSTR.  
familia Marchionum & Electorum  
Brandenburgensium, &c.  
S Y L V A.

**R**es Italas, & bella ducum, partosq; triumphos,  
Et cretum Ascanio genus omne, & ditia regna  
Finxisse in clypei memoratur Lemnius amplo  
Orbe pater, donum Æneæ. Res ordine longo  
Marchionum, & primæ genuina exordia stirpis,  
Solerti reuocans doctis indagine chartis  
Reinerus notat, Elector, tua, IANE GEORGI,  
Munera, qui tantum genus isto sanguine ducis.  
Illic muta autem radiabant æra figuris  
Ignotis: hic Reineri dea diuine lingua  
Vsa, styloq; Ducum cunas, & stemmata, & ausus  
Effert Mnemosyne, & tabulis concinnat amoenis.  
Æneas dubijs Parcarum condita fusa  
Vidit adhuc, animum & pictura pauit inani:  
Tures à proavis, generisq; satoribus alma  
Defunctis iam luce obitas legis, include Princeps,  
Conscius, & priscum decus auges laude recenti.  
Nec generi tamen Æneadum concesserit ulla  
Gens tua parte, togám ve, aut si bella acria spectes.  
Nam qualis Diuum genitrix Berecynthia fertur,  
Syndone cùm niuea, in curru reses alite, fulcit  
Molle latus, centum complecti pectore natos  
Omnes cælicolas, omnes volucri igne coruscos:  
Haud minus Heroas claros tulit ubere partu  
Brennopyrga domus florentes munere pacis,  
Florentes armorum usu. Nitet agmine tanto  
Ante alias, Latius quem præful nomine Achillie  
Teutonici affecit, non Graio forte minorem.  
Mars illi semper fulvo caput ære tegebat,  
Et soleis altè suras vincibat ahenis:  
Curru Mars iungebat equos, & lora regebat  
In medios tendenti hostes, densissima ferri  
Quà dederat sonitum seges: olli fixa minaci  
Obtutu tenues iaculari lumina flamas,  
Atq; afferre metum. Tales sub pectore virtus  
Conuertit stimulus, atq; insita robora mouit.  
Par decus eloquio Gnatus felice merebat.  
Namq; ubi, quà Ceres Elysios colit hospita lucos,

Tres reges acri vellent concurrere bello;  
 Ille autor pacem peperit. Iam ferrea apertis  
 Agmina feruebant campis, pugnamq; parabant,  
 Hinc Pæon, illinc rex Sarmata, parte Bohemus  
 Opposita; vicinam acris formido Budorgin  
 Vrgebat: dirasq; manus Bellona leuabat,  
 Non aris, hominum non ulli, ignoscere certa:  
 Marchio cùm fortí comitatus Saxone, ventis  
 Ocyor, in medium ruit, & dulcedine linguae,  
 Qualem credibile est manasse ex Nestoris ore,  
 Martem inhibet, sanctoq; obstringit fædere Reges,  
 Feruidaq; in cursu compescuit arma disertus.  
 Continuò Pax visa alis remeare beatis,  
 Et luctu tellus, omniq; pauore soluta est.

At non ista licet tenui præconia chartæ  
 Credere. Quin Musam carpit metus ille, iacentis  
 Ne iustas procerum laudes, illustriaq; orsa,  
 Deterat ingenij vicio. Sed enim omnia digna  
 Exequeris serie, & passim disiecta reducis  
 Argutum in textum, ac speciem, REINERE, rotundam:  
 Quando ibi Guelphorum memoras primordia, & inde  
 Zolleriam educis stirpem, lateq; propagas,  
 Vnde domus sata Marchiadūm felicibus astris,  
 Heroum partu grauis, in qua scilicet aras  
 Religio sincera magis sibi condidit, alma  
 Quam Themis, & læto Musæ rumore sequuntur.  
 Nec tu verò Italos autores sanguinis huius  
 Fas censes facere, & peregrinæ adscribere genti,  
 Ingressum tantum generis. Non omne reliquit  
 Vos adeò, ô Guelphi, decus ut descendere vestro  
 Sit pudor ex ortu, præstérue in stemmate nasci  
 Romuleo, quād quod genitrix Alemania primum  
 Condiderit. Quænam ista lues? quis pectoris error  
 Ingrati, tantum mirari disïta longè,  
 Hæc colere, his omnem fatis impendere honorem:  
 Temnere nata domi, & sua nolle agnoscere dona:  
 Mens melior, REINERE, tibi, quo iudice origo  
 Marchiadūm ad fortis Alemanos ritè relata est.  
 Omnia sunt speciosa Italis, atq; illita fuco:  
 Sed solida niti virtute Alemania suevit.  
 Ergo tuum fætum felici suscipit Hebe  
 Amplexu, & fertis Charites florentibus ornant:  
 Nec viuax aberit Genius. Sed præmia quænam  
 Marchica stirps soluet tibi? quo ve augebit amore,

*Qui veros illi natales, longaꝝ; secla  
Demonstras, laribusꝝ; suis dona edita pandis  
Plena magè indigenæ, externæ quām laudis egena?*

Georg. Tileni Aurimont. Silesij.

IN ORIGINES BRANDEBVRGICAS  
CL. VIRI DN. REINERI REINECCII.

 *Va stirpe & serie stirps Marchica duxerit ortum,  
Quot dederit claros Marte togaꝝ; duces,  
Omnia quæ varijs monumentis sparsa iacebant,  
Ornati, penitus lumine cassa styli:  
Hæc tabulis breuibus, sed rerum pondere magnis,  
REINERV S calamo splendidiore notat.  
Ergo ut fortè operi, defixit lumina, Clio  
Complexa auctorem talibus alloquitur:  
Interitus rerum certè est oblinio; vitam  
Sed vatum ex scriptis historiaꝝ; trahunt:  
Cùm memores hominum in sensus reuocantur, & omnes  
Temporis ob prisci fata, stupore tènent.  
Par igitur, tibi Marchiadas persoluere grates,  
Quorum atavos auges lumine, nocte leuas:  
Tum seriem longam concludis codice in arcto,  
Ceu graue Mæonidæ nux caua clausit opus.  
Aurum dent proceres: sed ego hæc tibi fata relinquo:  
Scriptis vitam alijs das, tibi scripta dabunt.*

Adamus Buthnerus Sorauiensis L.

IOACH. CAMERARIUS PROOEM.  
IN APHTHONII  
Progymn.

 *I V E rem militarem spectemus, siue alias laudes, grauitatem, inquam, magnitudinem animi, constantiam, addam etiam mansuetudinem & humanitatem, vix inuenientur, quorum tam excellens virtus fuerit, ut sit cum Brandenburgensi illistris. domo comparanda. Non est autem nobilitas generis, res, ut quibusdam videtur, alienior, neq; eiusmodi, que propriam & suam cuiusq; excellentiam constituere nequeat: sed diuinitus propagatur in terris ingennitatis bonum ad vitæ humanae non modo ornamentum & dignitatem, sed stabilitatem quoq; & salutem. Et in paucis existit, & est rarum, sicut egregia & præclara omnia. Et antiquitas hoc sensu, magnos conditionemq; ceterorum superantes viros, herorum nomine appellauit, diuinamq; perhibuit sobolem. Falso illa quidem & impio commento munus æterni Dei, procreationis nefariae mentione pernicio-  
sa indicans, cùm id, quod dixi, statueret & demonstrare ita vellet.*

HISTO-



HISTORIA  
DE ORIGINE ET  
NOMINE WELFORVM,  
PRINCPIO COMITVM ET DOMINORVM  
ALTORFI, POST DVCVM BAVARIAE, DE SEN-  
tentia annalium ATRANI GEBVLÆ, conuer-  
sa ex editione Germanica in lin-  
guam Latinam.



ANNALES Weingartenses pro sapientiam Welforum à Comitibus Altiorfi propagant. Id opidum Rauesburgo, quod & ipsum in Comitum illorum ditione antiquitus fuit, nunc vero ad Imperium pertinet, distat dimidiū miliiare Germanicum. Eosdem etiam tractum ad Isaram, Lycum & Ambronem fluuios habuisse dominos, accepimus. Nomen Welforum cœpit ab ISEN BARDI Comitis filio. Vixit autem Isenbardus temporibus CAROLI Magni Cæs. gente Franci & Germani, circa annum Christi DCC. LXXX. Filius eius vxorem duxit Catilinam, genere patricio Romæ natam: in quam tantopere deperijt, ut de ipsius nomine Catulum (ea appellatio nostra lingua Welfum exprimit) se nuncuparit. Hec annales Weingartenses. A quibus de nominis Welforum primordijs discrepat Chronicon Atranii Gebulæ percutatum, meo iudicio fide dignius, & ad veritatē accedens proprius. Neque enim Principes gentilitias denominations mutare temere cōsueuerunt: & magis hoc usus obtinuit, ut vxores à viris appellantur, non è diuerso viri ab vxoribus nomina mutuentur: nec liberi in matrum, sed in patrum transire familias assolent. Est autem Chronicorum istius sententia haec: ISEN BARDVS, Comes Altiorfi, habuit in matrimonio Irmentrudem. Ad hanc cùm perlatum esset de mulieris in Altiorfi vici-

Variat de  
Welforu[m] pri-  
mordiis &  
familia A-  
uentinus li.  
6. Explicat  
de isdem  
Chronicon  
Abbas  
Viperg. ●

## ORIGINES STIRPIS

nia partu tergemino, isthuc rei cognoscendę causa profecta, postea quā diligenter explorauit omnia, temerario ausu mulierem adulterij insimulat, quod fieri posse negaret, vt ex vno viro tot simul liberi conciperentur. Mox etiam rem cum marito ac domesticis communicat, & de adulterae supplicio instat. Erat hoc in profluente submersio, damnata in culeum coniecta. In sequenti anno vterum IRMEN TRVDIS gerit, & cùm maritus fortè domo abesset, liberos duodecim enititur, mares omnes, sed corporibus perpusillis. Ex eo partu trepidans, & extalione infamiam adulterij metuens, promæcondæ vndecim projicendos atque enecandos in propinquuo riuo tradit, vnicum ipsa educandum retinet. Muliercula dominæ iussa executura, infantes capacissimo cuidam pollubro imponit, & cùm baiulans recta ad riui Schercij fluenta tenderet, fortè fortuna obuiam habet Comitem, infantum patrem. Vt ebatur is, excepto hoc casu, coniugio felicissimo: & Irmestrudis eximia & pudoris & castitatis laude florebat. Ergo mulierculam verbis adortus, Ecquid sarcinæ ferret? illa catulos esse, respondit. Ad hoc Comes: Amabo, inquit, sine inspiciam (cupidi enim catulorum ob venationes, in quibus usus illorum multiplex, Principes sunt) & subiicit, si quos probaret, eos se ad usus necessarios enutrire velle. Recusat hoc mulier, & indignabunda: Quod, inquit, Princeps cūnisis, ab sordidissimis catulis spectaculum capies? an non cum animo cogitas, te è nausea facile in morbum incidere posse? an non iam antè canibus abundas? Accenditur his, Deo (vt credere par est) ita euentum gubernante, vehementius Comes, & vim intentans, cogit mulierculam pollubrum detegere. Tum infantulos conspicatus, perpusillos quidem illos, sed qui indolem præ se ferrent egregiam, minacibus verbis ex muliercula querit, quibus illi geniti parentibus essent. Ibi illa dum iam extrema metuit, rem omnem pandit ordine: natos ipso ostendit, & quid uxorem ad necem inferendam perpulerit, aperit. Comes non parum his perturbatus, pro re nata id consilij capit, vt infantulos molitori prædiuiti clām educandos tradiderit: deinde mulierculæ demandat, ad dominam absque formidine redeat, & imperata ab se facta simulet.

Elapsis ab hoc tempore annis sex, pueri vndecim decenter ornati, à Comite in arcem Weingartum, quod nunc monasterium est, traducuntur: & conuiuum, cui & suos & uxoris propinquos adesse Comes vellet, apparatur, initurque exquisitis epulis magnificentissimum. Vbi iam omnes ciborum cepit satietas, Comes adduci in conclave, atque in propinquorum conspectum, pueros illos vndecim iubar, eius coloris vestibus amictos, quem duodecimus, à matre educatus, tum fortè gerebat, hoc est purpureis. Erant hi facie & corporis statura similimi, vt facile appareret, patre vno genitos, & matris vnius alio gestatos. Tum Comes de mensa assurgens, & honorificè singulos compel-

compellans, inter cætera quærit, quod genus supplicij commeruisse, quæ tam præclaræ indolis pueros vndecim necando tradidisset. Contrémiscit ad hæc illico, & semianimis concidit, vxor eius, cum & conscientia facinoris cogitati memoriam subijceret, & ex se natos præsentes conspiceret. Vbi verò per matronas, quæ aderant, refocillata ad nimum rediit, pallens & tremens mariti pedibus aduoluitur, multis lachrymis & illi & propinquis supplicat, & ignosci sibi propter Christū obsecrat. Addit deinde, ut non malitia, sed quadam simplicitate stulta peccarit, repetita occasione de mulieris partu tergemino: qua in re non insolentia, sed ignorantia culpa interuenerit: Atq; inflictum hoc iam antè sibi à Deo immortali pœnarū, vt & eius criminis crebrò pœnituerit, & cum multis hoc sæpenumero lamentis prosecuta fuerit, deniq; etiam hilarem & letum vultum, qui quidem conspiceretur, efficeri sibi nunquam potuerit.

Placatur his aliquantum maritus, placantur propinquoi, atque ad misericordiam commouentur. Et quia quod cogitatum prauè fuerat, cesserat optimè, offensio intercessionibus commodis sanatur. Erigit ergo à terra vxorem Comes, noxaq; ei remissa, verbis amplissimis Deo gratias agit: deinde ipsam affatus, Mea, inquit, Irmentrudis, & mihi & propinquis certum est de tua simplicitate & innocentia: at Deo immortalis gratia habenda perennis, quod cœpta effecto caruere, tuque culpa vacas. Cæterum quia nihil antea simile vsu venerat, ad perpetuam rei memoriam hoc præsentibus propinquis Comes sancit, vt posteritas exinde ipsius cognomentum Welforum usurparet. Additum postmodò alterum à filijs monumentum fuit monasterium virginum Altorfi, quod nunc in parœciæ templum conuersum. Vixit primus huius nominis circa annum Christi D C C C. x x. Est autem familia illa perantiqua, cuius origo censemur à conditoribus Troianis & Francis. Quare insignia prima Welfi usurparunt tria lilia in clypeo cœruleo. Belligerarunt cum Imperatoribus, Regibus, Principibus. Propago familiæ hæc est.

ISENBAR DVS, Warini F. vixit temporibus PIPINI, regis Francorum, & CAROLI Magni: domicilium habuit in arce ad Fressingam, circa annum D C C. L I I. & D C C. L X X X. Reliquit ex Irmentrude filium WELFVM, quem è duodecim mater solum seruarat, atq; educarat. Cæteri enim immatura omnes morte occubuere, condito tamen Altorfi monasterio circa annum D C C C. x x. Welfo filia nata est forma luculenta IUDITHA, quam LUDOVICVS, cognomento Benignus, Caroli Magni F. coniugem habuit alteram. Primò enim huic nupta fuerat Irmengardis, vnde nati Lotharius, Pipinus & Ludouicus. Iuditha filium enixa est CAROLVM, cognomento Calum, qui postea imperauit circa annum D C C C. L X X. Habuit etiam filium WELFVS è Catilina uxore ETICONEM, Co-

Welforum  
prosapia à  
Suevis Gel.  
Alemannis  
inxopia est,  
nō externa,  
vt falso Gel  
gatis. an-  
nates.

Catilina  
nomen Gel  
commentis-  
tium Velde  
prauatum  
statutus,

mitem Altorsi & Rauesburgi; quo porrò genitus H E N R I C V S. Etico iam senex in solitudinem ad Amergauiam cum ministris duodecim secessit, & ibi ad vitæ usque finem permansit. Ibidem tumulatus, ab Henrico filio effoditur, & Altorfum transfertur, sepulturaq; isthic altera afficitur honorificentissima. Cum H E N R I C O connupta fuit I V D I T H A , Ducis Saxoniæ F. qua liberi procreati: H E N R I C V S, Luitgardis & Barbo. Henricus & dignitate corporis & morum elegantia, coniuncta cum insigni fortitudine bellica, enituit circa annum D C C C . L X X V . Luitgardis per matrimonium regina Franciæ & Bauariæ facta est. Barbo a Danis in mare proiectus, vndis suffocatur, Anno D C C C . L X X X . Duxit autem H E N R I C V S , natu maximus, in vxorem Beatam, seu Hattam, Comitem Bogensem è familia Hoenuartensi: vnde liberos procreauit C O N R A D V M , Eticonem, R V D O L F V M . Idem Henricus Abbatiam condidit vel potius absoluuit Altorsi, ubi nunc parœcia, & alterum monasterium in Bauaria, cognominatum vetus, ubi D. Altonis monumentum cernitur. Fuit is gene re Scotorum regio natus. Ab obitu Henricus cum coniuge Altorsi tumulatur: sed postmodo utriusq; ossa in montem S. Martini transferuntur, circa annum D C C C . L X X X .

C O N R A D V S , Henrici F. consecutus est Episcopatum Constantiensem ad lacum Bodamicum: princeps eruditione doctrinæ, pietate & sanctimonia vita maximus. Quare post mortem inter Diuos relatus est. Cessit autem è vita Anno D C C C C . L X X V \* . cùm sedisset annos 42. Conditus est Constantiæ.

\* Numerus  
hic, ut & alij  
pleriq; men-  
do nō caret.  
¶ De Etico-  
nis posterita-  
te rectius  
fide Auen-  
tium seque-  
ntur.

Etico, alter Henrici F. vxorem non habuit. Reliquit tamen è concubina filiam, quam Rudolfus frater cuidam Curiensi ex Heluetiorum optimatibus nuptum collocauit. Ab eo familia Heselcellensis & Rappelsuilensis conditur. Obtinuit deinde Etico Episcopatum Augustanum, cui fide & integritate summa præfuit annos quinque: mortuus Anno D C C C C . L X X X V I I I .

R V D O L F V S , tertius Henrici F. in vxorem duxit Itam, Timonis filiam è familia Ottingensi: Vnde liberos sexus foeminei procreauit: Richildin & Cunegundam, mares Henricum & W E L F V M II . Richildis nupsit Adelberoni, Comiti Ebersbergensi, quæ familia iam propemodum defecit. Condita autem ab ea monasteria sunt Ebersberga, Cubacchum & Geissenfeldia: & proceres inde geniti Ebersbergæ tumulantur circa annum D C C C C . L X V I . Cunegunda, quæ & Cuniza, foemina pietate religiosa, fuit in matrimonio Friderici, Comitis Sindeburgi ad Ambronem. Quo in Palæstina defuncto, condidit monasterium Dissæ, oppido non ignobili ad Ambronis lacum, atque vetustissimo: quippe quæ Romanorum credatur colonia. Diem vitæ extremum morte conficit ibidem, & in templo conditur, Anno M. L X X X V .

Hen-

Henricus, Rudolfi F. dum venatur ad Leunicam arcem in Comitatu Tirolensi, haud procul ab Athesi, obteritur à petra, quæ celerimo impetu è monte altissimo prouoluta in eum deciderat. Accidit hoc viuente & superstite adhuc patre, cuius amor in ipsum incredibilis esset.

WELFVS III. permutauit duarum monasticarum familiarum sedes, & Monachos Veteromonasterienses migrare Altorfum coegit, & vicissim Altorfenses Monachas Veteromonasterij collocauit. Bellum gessit cum Imp. Cæs. CONRADO, & prælio ad Neresheimum contendit. Per idem tempus Episcopos, Frisingensem & Augustanum, rapinis & incendijs vexat. Cuius facinoris postea pœnitens, religiosi animi instituto vtrumq; veniam poscit, & expiationis gratia Frisingensi Comitatum Parthenkirchensem, Augustano Lensam permittit. Vxor Welfo fuit Immissa, è familia Glispergensi, Franca, cuius fratres memoriuntur Henricus & Fridericus, Episcopus Moguntinus. Ex eo coniugio liberos suscepit WELFVM IIII. & Cunegundam. Ambo ad summa senectutem vixerunt, & à morte Altorfi sepeliuntur.

Cunegundanupsit AZONI Estensi, Marchioni Ferrariæ: è quo filium enixa est WELFVM IIII. conditorem monasterij Reitenbuchi ad Ambronem. Mortua Cunegunda, alteram Azo vxorem ducit, indeq; alios liberos procreat, circa annum M. XXV.

WELFVS III. consequitur Ducatum Carinthiæ & Norici, & in Italia Marchiam Veronæ. Demolitus est monasterium Altorfi, idq; in montem, in quo arx antè fuisset, translatum, ac S. Martino dedicatum, Weingartum nominauit. Condiderat autem hoc quidam è maioribus ipsius. Fuit princeps virtute & fide præstantissimus, deq; Veranensis præclarè meritus, eos ab Imp. Cæs. HENRICO IIII. strenua ope defendit. Moritur in arce sua, & Weingarti inhumatur, Anno M. LVI.

WELFI AB ORIGINE MATERNA INSITITII, E  
familia Ferrariensi, stirpis Longobardicæ.

WELFVS IIII. cognomento Robustus, Comes Altorfi, Princeps Norici & Bauariæ, ambiuit matrimoniu filiæ OTTHONIS, Ducis Bauariæ. Quia autem in summa apud HENRICVM IIII. Cæs. gratia esset, ne eum offenderet, ab instituto illo rursus discedit, ac pulso Othonipse successor datur. Postea tamen Cæsar is amicitiam, quod Ecclesiam ille armis vexaret, ideoq; à Pontifice Romano anathemate obstrictus esset, deserit, & cū Bertholdo fratre ad RUDOLFVM, Ducem Sueviæ, transit. Per hoc tempus cùm Augusta occupata, Sigefridum Episcopum Rauesburgum captiuum abduxisset, cum oppidanis pacem facit, & permittente Pontifice Episcopum alium cōstituit, Anno M. LXXXIII. Vehementer autem ea re in se Cæsarem concitauit. Cuius sententia & Principis & Ducis nomine priuatus, ubi mox eadem fortunæ procella se in Cæsarem conuertisset, & ita conuertisset,

ut exauctorato ipsi surrogatus fuerit RUDOLFVS Sueuus, per hunc & dignitatem suam & Bauariam recuperat. Quare pro partibus eius propugnat strenue: impedit Cæsar is & Regis Vngariae congressum: prælia tam in Italia quam in Germania multa secunda facit: & ad Wircburgum exercitum Cæsarianum ad 2000. animoso conatu sternit, & profligat. Habuit in matrimonio IVDITHA M., Balduini, Comitis Flandriæ F. Tametsi alij rege Anglo genitam velint: Quem errorem extitisse inde suspicor, quod primùm RICHARDO, regi Anglie, quem frater prælio vietum interfecit, deinde vero, vbi domum rediit vidua, Welfo nuptum collocata à patre adhuc superstite fuerit. Attulit ea ad Welfum cum dote amplissima regiam gazam multam, quæ adhuc hodie cum preciosissimo corporis Dominici sanguine, & alijs ornamentiis, Weingarti asseruatur. Liberi ex Iuditha nati sunt WELFVS V. & Henricus, cognomento Niger, princeps ingenio præferoci & bellico. Vbi Welfus consenuit, cum maximo comitatu profectus est in terram sanctam, visendi Dominici sepulchri gratia. Domum inde rediturus, ad Cyprum appellit, ibiq; fato suo fungitur. Cadauer Weingartum reportatum, maiorum ibi monumentis infertur, Anno M. XC. Vxor cùm valetudine afflictissima esset, à viri obitu Altorsi sedit, ibiq; se religiosæ pietati addixit. Peruenit ad grandem ætatem, & vbi vitam finiit, Weingarti tumulatur.

Bertholdus, cum fratre Welfo 1111. ex Italia in Germaniā profectus, obtinuit ducatum Carinthiæ & Stiriæ. Eidem ad ducatum Bauariæ eucto socium se contra HENRICVM 1111. adiungit, & pro Rudolfi factione propugnat. Vbi de patre Azone rebus humanis exempto ad ipsum fama peruenit, auxilijs Episcopi Aquileiensis cum fratre Italiam repetit, & in Comitatu Mantuæ ac Ferrariæ reliquis fratribus inuitis possessiones aliquas vendit, Anno M. LXXXVII.

WELFVS V. cognomento Crassus, Welfi 1111. F. duxit in vxorem MATILDAM, Bonifacij Marchionis filiam. Vixit eam vitam, quæ probri & criminis expers nō esset. Hoc pertæsa coniux, ad patrem rediit: Qui cùm gratiæ inter eos reconciliandæ studeret, Welfus in Italiam contendit, & domum, vnde venerat, reuersus, deinde cum HENRICO Cæs. Romam proficiscitur, & Pontificem captiuum iterum apud eum in gratiam ponit. Subleuatus autem hanc ad rem fuit ope & opera fratris Henrici, idq; circa annum M. C. V. Per idem tempus multas in Comitatu Mantuano, & per alias Italæ partes possessiones acquisiuit. Moritur absq; liberis in pago Kaufringen, & cadauer Weingartum translatum ibi honorifice conditum, Anno M. C. IX.

HENRICVS, cognomento Niger, instaurauit Weingarti monasterij ædificia. Vxorem duxit Wulfhildin, Ducis Saxoniæ filiam, qui idem & Brunsuigam & Lunæburgam tenebat. Quare hi Principatus postmodo etiam filio ipsius Henrico Superbo cesserunt: paci ut qui maximè studuit. Per Sueiam possessiones habuit amplissimas. A fratribus Welfi

Welfi morte Bauaria potitus est: & cùm cessisset è vita, coniux terras hæreditarias filijs concessit. Reliquit autem hos numero tres: HENRICVM Superbum, Conradum, WELFVM VI. Item filias, Iuditham, Sophiam, Mathildam & Wulfhildin. Vbi iam res omnes preclarè constituisset, secessit in monasterium Weingartum, ut senectus ipsius religiosæ pietatis cultibus seruiret. Vita defunctus cum coniuge ibidem conditur, Anno M. C. XV.

## FILIÆ HENRICI NIGRI.

Iuditha, collocatur à patre & fratre Henrico Superbo, FRIDERICO, Duci Sueorum, ex eoq; nobilissimum Imp. FRIDERICVM Barbarosam enititur.

Sophia, fuit in matrimonio Bertholdi, Ducis Zaringiæ. Hoc mortuo, nupsit Leopoldo, Duci Austriæ, Stiria & Carinthiæ.

Mathilda, nupsit Theobaldo Comiti Voburgensi, & hoc vita defuncto, Gebhardo, Comiti Sultzbachico.

Wulfhildis, iungitur matrimonio Rudolfo, Comiti Brigantino. Fuit autem id matrimonium perquam pium & felix.

## FILII HENRICI NIGRI.

HENRICVS, cognomento Superbus, vxorem duxit Gertrudem, LOTHARII Cæsaris F. Ideo ducatum Saxoniae & Brunswigæ hæreditate capit. Cum Principibus Sueuiæ bella gessit grauissima: Sueiam ipsam cæde & incendijs vsque ad Stauffam vastat. Vlmam cladibus ingentibus afficit, & arcem Tunsteinam, quæ esset in ditione Episcopi Ratisbonensis, excindit. A socii morte proficiscitur cum exercitu in CONRADVM Cæsarem. Qua de causa proscriptus, Bauaria mulctatur, & attribuitur hæc Leopoldo Austriaco. Manent tamen in eius fide Saxones: à quibus armatus, Bauariam cum infesto exercitu petit. In eo conatu mortuus, etiam bellum ipsum dissoluitur. Conditus est Lothariæ Cæsareæ ad latus socii.

Conradus, princeps innocentia vitæ & pietate clarissimus, educatur ab Episcopo Constantiensi, & in sacrum ordinem cooptatur. Cùm exinde ferretur in oculis, & metueret, vt Episcopo defuncto ipse surrogaretur, in monasterium se abdit, & cuculum sumit. Post dum in terram sanctam cogitat, moritur in itinere.

WELFVS VI. cognomento Beneficus & Bonus, matrimonio sibi sociat Itam, Gotfridi, Comitis Calbensis, filiam. Henrico fratre ducatu Bauariæ deturbato, hæreditatis iure hunc ambit, sed frustra. Quare CONRADO Cæs. hostis factus, cùm Gotfridum Comitem quendam in partes traxisset, in Bauariam cum exercitu inuadit. Vbi dum ad arcem quandam rem agere astu instituit, seq; à Leopoldo, qui Bauariæ tum possidebat, auxilia adducere simulat, hoste insidias olfaciente, cū clade reijcitur. Post etiam Winsberga, quæ in ipsius ditione esset, à Cæ-

Vide Chron. Nauclei volumine tertio. fare obsidetur: Cui cum copijs bene magnis suppetias venturus, à Friderico, Cæsar is F. profligatur. A Leopoldi morte nouas copias cogit, & iterum fratris ditionem affectat. Ad hunc conatum cùm non satis virium illi atq; neruorum esset, desistere incœpto cogitur: cæteroquin bellator egregius, & ceu alter Achilles Germanicus. Res ei fuit cum Bauaris, Suevis, Rhenanis, & multa præclarissimè gessit. Conciliatus deniq; Cæsari, pacem cum eo facit ad annum M. C. X L V I I . Eodem anno ex voto quodam inchoauit monasterium Steingadum, in quo Præmonstratensis familiæ Monachos collocauit. Cùm amisisset filiū Welfum, subiectas prouincias, & quas haberet in Italia possessiones, vendit, easq; FRIDERICO Cæs. quem in consanguineis verum ac legitimum hæredem duceret, permittit. Monasterium Steingadum mirū in modum locupletauit. Condidit etiam alterum D. Nicolai ad Memmingam, quod Scotis familiæ Benedictinæ tradidit. Iam senex deceptus oculorum usum amittit. Moritur Augustæ, & cadauer ab Vdeliscalco Episcopo Steingadum remittitur. Ibi enim monumentum sibi & filio exstruxerat: ac funus exceptum honorificentissimè, visitato cæremoniâ apparatu ducitur.

WELFVS VII. tenet cum imperio patris loco Ducatus Spoleti, Thusciæ & Sardinia: ac Cæsar is copijs resistit strenuè. Reuocatus deinde in Germaniam contra HUGONEM Palatinum, qui arcem quan- dam patris occuparat, & in milites præsidiarios infami furcæ suppicio animaduerterat, socios sibi Principes & Comites multos adiungit, & arcem aliam infesta obsidione premit. Hæc cùm successu careret, deniq; ab irruente Friderico, Conradi Cæs. F. planè depellitur, atq; in fugam coniicitur: Etsi in hūc pugnaret animosè, solaq; multitudine vin- ceretur. Vlciscitur autem hanc cladem ita ad annum sequentem, vt hostis arces duas firmissimas captas vastarit. Pax tandem inter Hugonem & ipsum his conditionibus à CONRADO Cæsare firmatur, vt Hugo Welfose sub fide dederet, & veniam peteret. Quod vbi ratum Hugo fecisset, eo ipso die ambo reconciliantur, quo Fridericus Cæsar iter Italicum ingressus est. Huic cùm Welfus inscio patre se comitem adiunxit, cum plurimis alijs viris fortibus peste in Hetruria extinguitur. Cadauer Steingadum redactum in tumulo à patre exstructo conditur, Anno M. C. L X V I I .

Henricus, Superbi F. instat vehementer FRIDERICO Barbarossa Cæs. de conuentu Imperij Ratisbonæ ad Annū M. C. L V I . indi- cendo, cùm ducatum Bauaria ea occasione recuperare se posse persua- sum haberet. Transfigitur autem res hæc ita, vt Bauaria quidem ad il- lum redierit, Henricus verò Marchio Austriam & Stiriam retinuerit. Obsesso à Cæsare Mediolano, Henricus ei bellum facit, & arces multas vastat. Vbi Cæsar Mediolano capto domum redijt, Henricū perduel- lionis damnatum Bauaria mulctat, eamq; Othoni Wittelsbachio con- fert,

fert, cuius posteri hucusq; illam retinuere. Deinde Henricus in Angliā ad sacerorum se deportat, cū filijs manerent Brunsuiga, Lunæburga & reliqua Saxonia. Habuit autem filios OTHONEM, qui pōst imperauit, Wilhelμum, Henricum & Rutherfordum\*, natu minimum.

OTHO, Henrici F. reconciliatur HENRICO VI. Cæsari post patris fugam in Angliam, & permittuntur ei Brunsuiga, Lunæburga & inferior Saxonia vniuersa. Habuerat id pater priuilegium, vt caballo albo inequitaret. Hunc cū etiam inter insignia receperisset, postquam in Cæsaris offensionem cecidit, rursus amittit, & pro eo leonem rubrum usurpat. Post mortem Henrici VI. Cæs. Otho in Philippum Sueuum, qui Imperium affectabat, proficisciatur, & post prælia aliquot secunda pacis conditiones hosti extorquet. Vbi is Pabepergæ interiit, Imperium ad Othonem redijt. Qui Romæ à Pontifice inunctus, iuramenti religionem violat: vexat homines Ecclesiasticos, & monasterijs ac templis damna multa infert. Quare Pontifex exacerbatus, anathematis eum fulmine ferit, & cum Principibus consilio communicato, Imperio exuit, idq; in FRIDERICVM II. conferri curat.

Eceteris HENRICI filijs Henricus post mortem patris obtinuit Palatinatum ad Rhenum. Wilhelmo Otho frater legauit Brunsuigam, Lunæburgam & reliquos Saxoniæ tractus, quos ab Alberti filijs armis recuperarat.

Wilhelmo natus Otho tenuit post patrem Saxoniam, Brunsuigam, Lunæburgam. Solicitarat autem diu multumq; FRIDERICVM II. Cæsarem Dux Saxoniæ, vt suos sibi fines, quos Wilhelmus possideret, restitueret. Largitur hoc illi Cæsar, & Ducatum Saxoniæ Othoni adm̄tum hæredibus legitimis reddit: deinde eandem dignitatem Othoni confert, & Ducem Brunsuigæ & Lunæburgæ appellat. Estq; ab eo Ducum Brunsuicensium & Lunæburgensium prosapia: qui hoc pacto & ipsi Welforum sanguinis sunt. Acciderunt hæc circa annum M. C. C. XXVIII.

## ALIA DE WELFORVM PRIMORDIIS EXPOSITIO, ET IPSA E CHRONICO MANVSRIPTO GERMA- nico in Latinam linguam conuersa.



V o tempore Occidentis Imperium administrabat Imp. Cæs. LUDOVICVS PIUS, Caroli Magni F. floruit in Bauariæ optimatibus ETICO, alio nomine Welfus. Hoc genita filia IUDITHA, post mortem Irmengardis, altera ab Ludouico Pio vxor ducitur: & filius ea nascitur CAROLVS, cognomento Caluus, cuius familia & posteri diu rerum in Gallijs potiti sunt. Ferunt Etico-

\* Crancius  
Saxon. lib.  
7.ca.3.Lud-  
gerum vo-  
cat.

¶ Vide hac  
dere Verius  
explicantē  
Cranciū ls.  
7.Saxon. &  
Vandalia,  
Chron. Ca-  
ronia lib.5.

Quib. per-  
sonarum cir-  
cumstantiis  
expositio  
hac Variat,  
de iis super-  
rioris fides  
postor du-  
catur.


nem tam immodico libertatis studio flagrasse, ut bona dedititia (vulgò feuda vocant) conferri sibi nulla passus fuerit, neq; eo nomine vel Cæsar is vel Principis cuiusquam teneri sacramentis voluerit. Cùm ad idem H E N R I C V M filium cohortaretur, non persuasit. Is enim Iudithæ vsus atq; adiutus opera, à Cæsare in fidem & clientelam recipetur, impetravit. Quem callido commento adortus, conferri tantum sibi prædiorum atq; agrorum in Suevia petijt, quantū vomere suo, tempore meridiano ambire posset. Vbi hæc fama vulgante ad patrem emanarunt, incredibile dictu est, vt illum perturbarint. Nec mora, à filio è Bauaria semigrat, & cum ministris duodecim, quos cognouerat fidissimos, ad loca montana se deportat: Cumq; per eos diligenter aditus omnes clausisset, permanxit ibi deinceps vsq; ad vitæ finem. Henricus vbi postulatis ipsius Cæsar annuit, arte hac vtitur: Vomerem fabricari sibi ex auro curat: quem veste occulens, meridiano tempore, cùm Cæsar somnum caperet, per prædia circumducit. Adhæc diuersis locis e- quos disponit: Quibus delassatis, fortè in equam incidit, vt ea mon tem quendam obequitaret. Eò vbi accessit, cogi equa vi nulla potuit, vt ascenderet, & retinuit ab eo euentu mons nomen vt Equæ dicetur. Incidere etiam inde Rauesburgij dynastæ in hunc sermonem, nulla eos necessitate cogi posse, vt equam descendant. Interea excitatur à somno Cæsar: ad quem cum vomere suo adit Henricus, & verecundè instat, vt quæ promisisset, præstaret, & Cæsarea auctoritate confirmaret. Vrebat nonnihil Cæsarem, quòd astu circumuentus esset: Tam promissum interuertendum sibi non existimat, & Henrico agros, quos obequitasset, largitur. Inde dynastarum Rauesburgi titulus & nomen cœpit. Hoc enim oppidū tum Henrico cessit, propterea quòd hoc etiam circumijsset. Antea ab Altorfo denominabantur, quod pagi nomē est. Editi familia ista fuere fratres tres: Rudolfus, Welfus, Conradus. Hi in imperium Henrici, quo natus fuit O T H O Magnus Cæsar, conditor Magdeburgi, incidere. Conradus consecutus est Episcopatum Constantiensem, cùm eodem tempore Augusta Episcopum haberet Vdalricum. Vterq; singulari pietatis & sapientiæ fama claruit. Rudolfus filium procreauit Welfum, Welfus filiam Cunizam. Hæc Azoni, Marchioni Longobardico, collocata, filium enixa est Welfum seniorem. Qui Juditha Flandriæ Comitis filia, quæ antè cum rege Angliæ fuisset, vxore ducta, filios reliquit Welfum iuniorem & Henricum. Welfo matrimonio sociatur Mathilda Longobardica: Cui absq; liberi defuncto successit Henricus frater. Huic nupsit Wulphildis, Magni, Ducis Saxoniæ, filia. Welfus senior & aliam ante Juditham coniugem habuerat Ethelindam, filiam Othonis, Ducis Bauariæ. Erat hic Otho generis satu editus nobilissimo, & à clientelis præpotens. Quare cùm opponere se H E N R I C O I I I I . Cæs. ausus fuisset, Ducatu deturbatur, isq; genero eius Welfo confertur. Ab eo tempore Welfus Ethelindam repudiauit. Quid ad hoc eum perpulerit, ignoratur. Nupsit verò de- inde Ethe-

inde Ethelinda Hermanno, Comiti Westphaliæ à Caluerla, & Hermannum iuniorem emititur. Henricus, Welfi Senioris filius alter, cùm de Eticone inaudisset, vt à filio semigrasset, vt ad montana secessisset, ibiq; ad vitæ usq; finem permanendo ab obitu conditus esset, cupido eum incessit, ea de recti aliquid cognoscendi. Aperit ergo & illius & cæterorum, qui in eodem loco inhumati essent, sepulcra. Accollustratis diligenter omnibus, cùm quæ fama ferrentur, ita se habere perspexisset, fanum, ubi condita ossa essent, in ædificat, & Conradi Constantiensis corpus effodi iubet. Id deinde miraculis claruit: Qua de causa Henricus, qui benevolentia affectione erga memoriam huius singulare esset, in honorem eius prædia & agros multos Ecclesiæ Constantiensis largitur. Liberi ex Wulfhilde Henrico nascuntur mares, Henricus & Welfus, & fœmellæ quatuor. Henricus vxorem duxit Gertrudem, Lotharij Cesaris filiam, è qua filium sustulit Henricum 111. Cum Welfo iuniore connupta fuit Gotfridi Palatini filia. E filiabus Iuditha nupsit Friderico, Duci Sueviæ, altera Sophia Bertholdo, Duci Zaringiæ, eoq; interemto, Leopoldo Marchioni: tertia Wulfhildis Rudolfo, Comiti Brigantino: quarta Mechthilda Theobaldo iuniori,

Theobaldi Marchionis F. & hoc mortuo Berlineri, Comitis Sultzbacchici, filio.

F I N I S.





COMMENTARIUS  
DE ILLVSTRISS. MAR-  
CHIONVM ET ELECTORVM BRANDE-  
BVRGENSIVM, &c. BVRGGRAFIORVM NORI-  
bergensium, &c. familia, certa & euidenti originis enucleatione  
ex antiquiss. & nobilissima Welforum prosapia & sangu-  
ne per conditores Comites Zollerens-  
ses deducta:

AVCTORE  
REINERO REINECCIO  
STEINHEMIO.



RÆMISSIS veterum annalium expositio-  
nibus duabus de Welforum primordijs, restat  
nunc ad nobilissimam Comitum Zollerens-  
sium domum, à qua præpotens, & dignitate  
ac meritis in rem publ. illustriss. Burggrafio-  
rum Noribergensium, & Marchionum atq;  
Electorū Brandenburg. &c. familia originem  
ducit, pergamus. Vtrosq; enim Welforū san-  
guinis esse, rationibus euidentibus, neq; ob-  
scuris coniecturis, pòst luculentius demonstrabimus.

Cæterùm cùm de Zollerensibus Comitibus non omnes eadem  
tradiderint, perstringere híc breuiter sententias præcipuas visum fuit.  
Sunt igitur qui rem sic explicit: Quo tempore Occidentis Imperium  
administratum fuit ab Imp. Cæs. H E N R I C O I I I I . Aug. Petrum Co-  
lumnam, Patricium Romanum, & oppidorum aliquot Latij dynastā,  
qui ortus fuérat veterrimo Camillorum sanguine, cum alijs optimati-  
bus quibusdam aduersatum electioni G R E G O R I I V I I . Pontificis  
Romani, ceu vitio factæ, hoc est, non approbatæ à Cesare. Huius enim  
per id tempus ius illud erat: quod per manus à maioribus traditū pau-  
lo antè noualege stabilierat H E N R I C U S I I I . Henrici I I I . pater.  
Eundem etiam cum socijs aliquot è nobilitate, qui Cæsar's partes tue-  
rentur, arma expedire ausum, captum Pontificem in vincula conieci-  
se. Quæ res cùm tumultum & popularem seditionem peperisset, Pon-  
tificem

tificem vinculis leuatum animaduertisse in aduersarios crudeliter, & Petrum cum filijs exutum bonis in exilium propulisse. Rediisse tamen aliquanto post cum Pontifice in gratiam Petrum, rediisse etiam filios, de more ad Pontificis pedes prostratos, itaque culpam deprecantes supplices. Solum Ferfridum eam tanquam ignominiosam abiectionem detrectasse, & cum propterea consistere in Italia tutò haud posset, in Germaniā ad H E N R I C U M I I I I . cui cum Rudolfo Sueuo tum bellum esset, se deportasse. Ab eo susceptrum humaniter, & militiae ipsius ascriptum, in prælio Mersepurgensi summæ fortitudinis facinora edidisse, & cum in ipsum Rudolfum incidisset, tanto impetu, tantaque audacia in eum irruisse, ut dextram ei amputarit. Quare honoribus à Cæsare decoratum amplissimis: appellatum Comitem Imperij, & bonorum Rudolfi parte in Suevia donatum. Ibi cum deinde arcem condidisset, à Zagarolla Latij eam nuncupasse: Quod nomen Germanica enunciatione non nihil deprauatum, nunc Zollern dicatur. Ducta etiam uxore, proles aliquot suscepisse: à quibus Zollerensis familiæ origo sit. Etsi propaginem huius per generis gradus continuos ignorari volunt. Qua de re exemplum addunt de illo Zollerano Comite, qui inter Duceſ CON R A D I I I I . Cæsaris celebretur. Is enim tametsi virtute illustri fuerit, ideoque strenue nauatae operæ præmium à Cæsare Franciæ aliquot oppida tulerit, nomen tamen eius non exprimi. Temporibus R V D O L P H I Habsburgici de communī annalium omnium consensu ab iisdem nominatur Fridericus, Burggrafius Noribergensis: A quo exinde generis series certa ad hæc nostra usque tempora deducta sit.

Alij hæc habent: P E T R U M Columnam, cuius originem annalium scriptores non annotarint, impulsu Richardi, Comitis Campani, electioni P A S C H A L I S I I . aduersatum fuisse, & bello contra Pontificem moto, Cauas in agro Prænestino occupasse: socijs, Ptolemæo Sublaquensi Albam, Stephano Corso Romæ basilicam S. Pauli inuidentibus: Recepisse autem Pontificem Cauas, & Petro in exilium pulso Columnam & Zagarollam castella ademisse, sic tamen ut post deprecanti ignouerit, sed possessiones ablatas non reddiderit. Qua de causa cum noua ille bella sereret, denique Italia vniuersa ab Pontifice eiectu peruenisse ad H E N R I C U M V . Cæs. in Germaniam: ab eoque aliquot in Suevia portorijs atque oppidis impetratis, arcem Zagarollam, quam exigua de prauatione Germani Zollern appellarent, condidisse, & Comitum eiusdem nominis familiæ propagasse. Distinguunt deinde Columnios in stirpes duas, veterem vnde Petrus prodierit, & nouam, qua editi illi sint, qui hodie Romæ clarent. Quanquam hæc vehementer in ea, quæ tradita sunt à Volaterrano, impingunt. Hic enim recentem & superstitem Columniorum familiam ab Odone, quodam magno milite, qui sua tempora annis fermè quingentis præcesserit, & Columniæ familiæ possessiones solus tenuerit, à se vero deinde propagines tres, primam à Ginazano, alteram de Gallicano, tertiam propriè de Colu-

mna reliquerit, deriuauit. Eset ergo ad istum modum hæc non recentior sed veterior: quandoquidem Petrus post Odonem vixit annis circa centum.

Qui tertiam ab his sequuntur opinionem, tam Columnios quām Petrum à Welfis propagant. Et argumentis vtuntur, quod multos Italia Germanorum colonias acceperit, & Cæsares vel bellorum occasione, vel gubernationis causa diuersas eò familias traduxerint. Vnde hoc colligunt, ab ijsdem primordijs Columniam gentem in Italia cœpisse: & Petrum possessionibus à Cæsaribus donatum gentilitio nomine omisso, inde denominationem usurpasse: quibus et si postmodo excidit, & in Germaniam reuertit, tamen cùm ei arci, quam in Italia possederat, ομψνυμον, hoc est, Zagorollam, Germanica lingua Zollern, condidisset, appellationem inde retinuisse, atq; ad posteros propagasse.

Reperitur & quarta eiusmodi assertio: Bertholdum, qui cum Welfo 11. natus sit patre Rudolfo, auctorem extitisse gentilitatis Comitū Zollerensium, sic vt nomen hoc in Germania cœperit, nō ex Italia aduectum sit: cæloq; Rudolfo Sueuo, Henrici 111. Cæsæmulo, tam ijsdem Comitibus Zollerensibus, quām Ferfrido, Petri Columnæ F. nō nullas eius possessiones cessisse. Nam à superiorum temporum Imperatoribus quendam Zollerensis familiae in Italia ad ampliss. præfecturas euectum ibi sedes ac domicilium collocasse, ab eoq; Petrum Columnam descendisse: Qui cùm Pontificum iniuria finibus pulsus in Germaniam commigrasset, factum inde fuisse, vt communes cum gentilibus titulos seu honores repetierit, eorumq; stirpe deficiente, suam quæsurrogari: quippe quæ non solum conseruarit hactenus se feliciter, sed etiam opibus & dignitatibus amplificata mirum in modū creuerit.

Etsi autem sententiae hæ concinnæ omnes sunt, & coniecturis nituntur probabilibus, vt elicere ac discernere verum difficile sit, plurimum tamen postremæ tribuerim. Et principio credi hoc rectè posse sentio, Welforum stirpem in diuersas distinctam fuisse propagines. In his primam facio, quæ in Bauaria & Suevia latè dominata est. Reliquis eam accenso, quæ conditorem Bertholdum habuit, eoq; & Comites Zollerenses, & Columnios veteres, indeq; rursus Petrum, refero, quos cunq; tandem generis atq; agnationis gradus constituere velimus. Neque repugnarim, si qui recentiores quoq; Columnios deriuare à veteribus malint, vt communem vtrisq; cum Volaterrano conditorem attribuamus Odonem, & ita attribuamus, vt huius vicissim originem ad gentilitatem Comitum Zollerensium reducamus, siue ipse primū ab Imperatoribus in Italianam traductus sit, seu maiores eius iam antè ibi confederint. Id quidem satis constat, semper Columnios Cæsarum studiōsissimos extitisse, vt verisimile fiat, animum hunc eos ex Germania attulisse. Iam & Petrum directè gentis Columniorum familijs inferendum, tum alia docent, tum regulâ conuincit, quam pleriq; in hanc sententiam sequuntur: Inde deduci Principum origines oportere, unde deri-

de deriuari ipsi velint: propterea quòd interdum vel argumentis vel indicijs nitantur, quæ ut certiora, ita neq; omnibus obvia sint: sæpeq; fit, vt ipsæ familiæ talium rerum, dum veluti per manus parentes liberis tradunt, fidam quandam custodiā gerant. Enim uero Columnios semper pro agnatis è Zollerana prosapia Marchiones Brandenburgicos habuisse, testatur Martini v. Pontificis ad Iagellonem seu Wladislaum regem epistola, inserta historiæ Polonicæ Martini Cromeri. Et fuisse in eadem sententia accepimus illustriss. Princ. Albertum, Ducem Borussiae. Relatumq; mihi à fide dignis, itidem illustriss. Princ. Ioachimū II. Electorem, cùm aliquando ordinum suorum conuentum ageret, & ipse verba faceret, familiæ Brandenburg. conditores Columnios asseruisse ac prædicasse. Quin etiam Petrum in Italia natum fuisse, non obscurè nomen arguit: Quandoquidem per id tempus nostræ gentis hominibus nostræ quoq; linguæ appellationes familiariores essent. Atq; vti & alterum istud facile è Volaterrano admiserim, Columniorum familiæ diuersis se nominibus appellasse, ita neq; hoc dubitarim affirmare, insignia eas distincta usurpare: Quæ cùm Petri maiores à primis accepta conditoribus semper eadem, aut nō admodum variata (nam qui principiò in clypeo catulus fuisse videtur, nunc galeæ conum obtinet) retinerent, sic opinione auguror, eadem deinde ipsum in Germaniam attulisse, forsitan inde, quòd peculiari quodam instituto arcis Zagorollæ possessoribus obuenissent. Nam & ad eam magis animus inclinat sententiam, Italicam Zagorollam potius de Germanicæ denominatiois deprauatione nuncupatam, quam nostram ab Italica profectam: Ut appareat, Petrum, cùm Germanicam seu ab agnatis redemptam, seu Imperatorum beneficio acquisitam, non tam considerit quam instaurarit, simul insignia illa dicata ei voluisse. Et fieri potuit, vt Zollerensis familia, quæ in Germania remanserat, post Petri ex Italia aduentum non diu superstes fuerit, itaque in sola Petri domo stirpis propago re-sederit.

Planum ergo hinc fit, Petri familiam per progenitores Columnios ad Welfos pertinere. Nec est, quod quenquam h̄c perturbet, quòd tam Odonis à Bertholdo, seu Comitibus Zollerensibus, quam Petri à Columnijs, maiores intermedij ignorantur. Scimus enim planè eadem veluti vitia non solum aliorum Germanicorum Principum quorundam, sed etiam summorum monarcharum domos, Achæmenidas dico in Perside, Temenidas in Macedonia, Iulios Cæsares Romæ, fecisse. Cæterum de Petri in Germaniam aduentu magis eoru prolarim sententiam, qui hunc ad HENRICI III. imperium referunt. Sic enim fieri potuit, vt Ferfridus filius Cæsari militarit, pluribusq; possessionibus auctus sit. Etsi de hoc in annalibus, quos equidem viderim, nihil reperi. Ac dextræ, Rudolpho amputatæ, bellicæ fortitudinis facinus alijs de GOTEFRIDO Bilioneo prædicant. Quod autem Petri posteritas à Ferfrido deducitur, ab eo discedere forte recte possumus. Et cùm

*Vide orat.  
de Welfo  
Tom. 2. De-  
clamat. Phi-  
lip.*

aliqui è Zollerensi familia fratres, Ioannem & Burcardum, ad HENRICI V. tempora referant, tertium his adiucere fratrem Ferfridum, quām patrem credere, malim: Ut patre vno omnes Petro genitos, comparatasq; à Ferfrido possessiones morte eius deuolutas ad fratres illos statuamus. Iamq; ea ratione familia ab Petro conditæ propago fuerit integra. Nam Burcardo filius attribuitur Fridericus, quo genitus Fridericus alter, filium Fridericum tertium, & ex hoc nepotes Fridericum 1111. & Eitelfridericum reliquit. Posterior per filios, Fridericum v. Burggrafios Noribergenses, & Marchiones ac Electores Brandenburg. & alterum Eitelfridericum Comites Zollerenses propagauit. De quibus quæ scrupulum p̄ariat penè diuersitas nulla.

Vt autem magis omnia perspicua fiant, & expositionis series rectius cohæreat, primū familiæ stemma à conditore Petro breuiter repetemus, & eam narrationem vsq; ad Eitelfriderici filios, à quibus nouæ & distinctæ propagines descenderunt, deducemus: deinde altera Zollerensi veluti seposita, atq; alij loco reseruata, de sola Brandenburgica domo agemus, rebus gestis tantum per præcipua capita adiectis.

PETRVS COLUMNA, oriundus prealata maiorum serie ab antiquiss. & nobilissima WELFORVM prosapia, hoc est, Bertholdi & Odonis posteritate, capit in Germania sedem temporibus Henrici 1111. Cæs. & alteram Comitum Zollerensium gentilitatem hac serie condit:

Ferfridus, creditur militasse HENRICO 1111. Cæsari. Elegans est de Ferfrido poetica Ioannis Schofferi expositio lib. 1. Marchiados.

Burcardus, citatur ab HENRICO V. Cæs. anno 1120.

Ioannes, refertur in litteris Anno 1130.

Fridericus. Vxor Marchionissa (sic enim loquuntur) Carinthiae, teste Lažio, qui & de serie sequente nihil discrepat.

Fridericus, vixit circa annum 1212.

Fridericus. Vxor Comes Tübingerensis, unde nati

Fridericus. Vxor filia Hartmani, Comes Dillingensis.

Eitelfridericus 1. habuit in matrimonio Agnetem, Imp. Cæs. RUDOLPHI Habsburg. sororem, è qua liberi procreati:

FRIDERICVS, EITELFRIE- condidit famili- am Burggrafo- rum Noribergē- sin, & Marchio- num atq; Electo- rum Branden- burg. &c.

EITELFRIE- RICVS 11. pro- pagauit Comites Zollerenses. De his alibi.

Bertholdus, du- xit in uxore Co- mitis Montisfer- his alibi.

Eliæbæta, nu- psit Comiti Wir- tenbergico.

Barbara, fuit cù Comite Wert- heimo.

FAMILIA BVRGGRAFIO-  
RVM NORIBERGENSIVM, MARCHIO-  
NVM ET ELECTORVM BRANDEBVRG. &c.  
à Friderico, Eitelfriderici I. filio  
deriuata.

**F**RIDERICVS, Eitelfriderici I. F. consequitur Elizabetæ vxoris primæ matrimonio oppida Berytum & Cadesburgum, cum alijs ad Salam & Mœnum tractibus. Fuit autem Elizabeta OTHONIS, Ducis Meraniæ familiæ istius vltimi, filia. Quare eædem possessiones etiam publica, hoc est, Cæsaris auctoritate ei confirmantur. Cum Imp. Cæs. RVDOLPHO I. ante Imperium usus ei familiaritatis summæ fuit: & in illo tempore, quo Rudolfus designatus Cæsar esset, Basileam cum eo obseedit. Cuius rei fama cùm ad ipsum emanasset omnium primò, non vt antè consueuerat, statim ad Rudolsum adiit, sed per internuncium admitti se postulauit. Hoc Cæsar demiratus, cùm alienationis inde alicuius suspicionem colligeret, faustū ab eo Imperij delatinuncium accipit. Quapropter cùm & antè fidem Friderici sèpe perspexisset ac probasset, & hac comitate mirificè delestatetur, ita eum remuneratur, vt extincta Burggrafiorum Noribergensium è prosapia Marchionum Voburgicorum, cui eam dignitatē contulisset CONRADVS III. Cæsar, in Henrico familia, Burggrarium ipsum crearat, circa annum Christi M. C. C. LXXIII. Nec deinde Fridericus de suo in Cæsarem studio quicquam remisit, sed potius id vehementer auxit: Quippe qui & contra OTHOCARVM, regem Boiemiæ, ei militarit, & pacem inter vtrunque conciliarit. Hanc cùm Boiemus non seruaret, iterum cum Cæsare se coniungit, eiq; operam fortem nauat. Moritur M. C. C. X C. 14. Augusti, & Heilsbrunni inhumatur. Vxores habuit duas, primam Elizabetam, de qua suprà, alteram Beatricem, seu Helenā, è familia Saxonica, quæ mortua & sepulta Noribergæ est, Anno M. C. C. I X. Liberos reliquit: FRIDERICVM II. Conradum, Albertum, Annam, Helenam.

FRIDERICVS II. adduxit auxiliarem manum IOANNI, Imp. Cæs. Henrici Lucemburgici F. proficiscienti ad regnum capessendum in Boiemiam: & Cuthnenses intentare vim ausos feliciter profligat. Contendentibus de Imperio FRIDERICO Austriaco & LVDOVICO Bauaro, magis Ludouici causam probat. Cui cùm alijs in prælijs, tum in eo etiam affuit, quo cum Austriaco debellatum est: Atq; is ab equestris nobilitatis viro gentis Mosbachicæ captus, Friderico primùm fititur, & ab hoc ad Ludouicum adducitur. Excessit rebus humanis M. C. C. X X X. 16. Maij. Vxore eius Margarita, Hulderici, Ducis Carinthiæ, filia: liberi, Bertholdus, Fridericus, IOANNES, Albertus.

Conradus, substitut Noribergæ, Friderico fratre studijs bellicis

occupato, ibi⁹; dicundo iuri vacauit: Princeps iustitiæ, pacis & religio-  
ſæ pietatis amantissimus. Fundauit collegium Spaltense M. C C. X C V.  
eodemq; anno cessisse è vita perhibetur. Duxit in vxorem Agnetem,  
Crafonis, Comitis Hoenloensis filiam: è qua alij filios tres, quos ordi-  
ni Equitum Marianorum addixisse eum volunt, & filias duas; alij fo-  
bolem nullam nominarunt.

Alberto matrimonio sociatur vidua Othonis, Comitis Orlamun-  
densis in Turingia.

E filiabus, Anna nupsit Comiti Nassouio: Helena, vbi vitæ diem  
extremum morte confecit, Noribergæ apud Franciscanos inhumatur.

### LIBERI FRIDERICI II.

Bertholdus, inseritur adolescens annorum tredecim in equestrem  
familiaæ Marianæ ordinem: A quo tempore cùm singulari virtutis vi-  
ueret existimatione, Commendatoris per Franciam & Borussiam di-  
gnitatem adipiscitur, eamq; deinde retinet vsq; ad annum ætatis trice-  
simum primum, qui fuit nati Christi M. C C C. L I. Tum enim studio  
Clementis VI. Pontificis Romani Episcopatum Eistatensem conse-  
cutus fuit, quem administravit annos 14. Condidit per idem tempus  
arcem S. Bilibaldi, primi Eistatensis Episcopi, extra urbem. Ettantum  
ipſi Imp. Cæſ. L V D O V I C V S Bauarus tribuit, vt Cancellario eo uſus  
fit. Vita defangitur M. C C C. L X V. 16. Septembr. & in Monasterio  
Heilsbrunnensi tumulatur.

Fridericus, vixit Canonici dignitate in collegio Eistatensi. Anno  
M. C C C. X X V I I I. ad Episcopatum Ratisbonensem accersitur, cui  
præfuit annos 14. Additur deinde altera Administratoris Eistatensis  
dignitas. Cùm enim collegio Pontifex Romanus Episcopum obtru-  
ſisset Fridericum, Landgrafium Leuchteberg. ei repudiato atq; exau-  
ctorato ipſe Administrator opponitur. Mortem obijt M. C C C. X L I I.

IOANNES, fecutus est L V D O V I C V M Bauarum ad expeditio-  
nem Italicam. Cum Alberto fratre summa concordia vixit: qui ut ma-  
neret in officio, Burggrafiatum cum eo dispergitur. Decedit è vita M.  
C C C. L V I I. 7. Octobr.

Albertus, fuit corporis dignitate & forma egregia: cui cùm fœmi-  
næ illustres insidiarentur plurime, venationum ſe dedidit studio. A fra-  
tris morte ad rem pub. redit, & vxorē ducit Sophiā, Bertholdi Henne-  
bergij filiā: ſed ſobole inde nullā procreat. Moritur M. C C C. L X I. 4. Apr.

Cum IOANNE connupta fuit Elizabeta, Popponis Hennebergij  
filia: è qualibet geniti, F R I D E R I C V S & Catharina.

F R I D E R I C V S I I I. studuit mirifice Imp. Cæſ. C A R O L O III.  
iſq; Noribergæ recipere retur, effecit. Exemplum hoc reliquis Imperij ci-  
uitatibus ſequentibus, cùm L V D O V I C V S Romanus, Marchio Bran-  
deburg. pertinaciter Cæſari aduersaretur, ipſe interceſſione ſua eos re-  
conciliat. Quare his meritis gratiam Cæſaris illuſtri promeritus, in  
caſtris ad Erfurdiā & bona dedititia ab eo aliquot, & filiā ſuo filio con-  
iugem

iugem impetrat. Obit diem suum Blasseburgi, m. CCC. XCIII. 21. Ian.

CATHARINA, collocatur nuptum BALTHASSARI, Landgratio Turingiæ, Marchioni Mysniæ, circa annum m. CCC. LXXVII.

F R I D E R I C O I I I . coniuges duæ fuerunt: prima Elizabeta, F R I D E R I C I Grauis, Landgrafij Turing. March. Mysn. F. altera Ingelburga, Ludouici Romani F. Vnde liberos mares procreauit, Ioannem & F R I D E R I C V M : fœmellas, Elizabetam, Beatricem, Margaritam, Annam, Beronicam, Catharinam, Agnetem & alias duas in cunis mortuas.

Ioannes, patris opera coniugem accipit Margaritam, Imp. Cæs. C A R O L I I I I . F. è qua filia vnica Elizabeta genita, nupsit Eberhardo, Comiti Wirtembergico. Obijt Blasseburgi II. Iunij, m. CCC. XL.

F R I D E R I C I historiam pòst perstringemus.

Elizabeta, fuit in matrimonio R V P E R T I Palatini, Regis Romanorū,

E reliquis filiabus, Beatrix nupsit ALBERTO Austriaco, fundatori a-academiæ Viennensis: Margarita, Hermanno, Landgratio Hassiæ: Be-ronica, Barnimo, Duci Pomeraniæ: Anna, Catharina, Agnes monasti-cam Vestalium vitâ amplexæ, Abbatissæ seu sacerdotes maximæ fiunt, Anna quidem in Corona Cœli, reliquæ Hofij ad S. Claram.

M A R C H I O N E S E T E L E C T O R E S B R A N D E-  
b u r g i c i , &c. è progenie Friderici I I I .

**R**IDERICVS, Friderici I I I . F. enituit summa Imp. Cæs. SIGISMUNDI gratia: quippe cui in Vngaricis, Boiemicis & Imperij negotijs difficilimis operam fidam ac strenuam na-uasset. Quare remunerationis loco Septemuiratus & Marchia Brandenburgensis, quam Wilhelmo, Turingiæ Landgratio, ab IO-DOCO patruele oppignoratam, Cæsar redemerat, hac conditione, & 400000. aureorum stipulatu, ipsi permittitur, vt si filius Cæsari nasce-retur, ad hunc prouincia & dignitas illa rediret; sin autem, vtranq; re-tineret: Et in synodo Constantiensi publica & solenni cæremonia in-auguratur. Fuit hoc ad annum m. CCC. XVII. 18. April. Profectus inde in Marchiæ, posteaquam in verba ipsius Nobilitas & populus iurauit, Septemuiratum Saxoniæ, ab Alberti Principis morte occupat: Quo à Cæsare in F R I D E R I C V M , Marchionem Mysn. collato, sumtum in eam expeditionem factum ab illo recipit. Boiemorum legatis concilium Basiliense potentibus publicam fidem præstat. Belligerauit eti-am cum Ludouico, Duce Bauariæ, Alberto Megalburgio & Bern-hardo Saxone. Ac Megalburgico quidem bello venit e proceribus in hostis potestatem Ioannes Gans, Baro Potlicius: Saxonico Erte-neburga in cineres redacta fuit. Arcem Colonensem ad Sueum fl. quæ hodie Electorum Brandenburgium sedes est, à fundamentis condidit. Ante supremum vitæ diem iam ætate grauis, de testamen-to filios conuocauit. Quam historiam cùm præclara expositione complexus sit Æneas Sylvius, hic ad verbum infero: Fridericus, inquit, Marchio Brandenburgensis, qui contra Boiemos, sub Iuliano, Legato

Apostolico, fortē & numerosum duxit exercitū, conditurus testamento, quatuor ad se filios vocauit, Ioannem, Fridericū, Albertū & alterum Fridericū. Ioannemq; quod is natu maior esset, in hunc fermē modum allocutus fertur: Primus ego, vt nosti, dignatē Elec-toratus Imperij in nostram familiā adduxi, cūm essem Sigismundo Cæsari admodum familiaris. Nunc vocat me suprema necessitas: curæ mihi est, ne tantum decus in domo nostra vilescat. Tibi, vt video, quietis & tranquillitatis est vnicum studium. In Electoratu præter curam & assiduum labore nihil inuenias. Eam ob causam, si tua voluntate id possum, Marchionatum Brandenburgensem, cui ius eligendi Cæsarē est concessum, Friderico, qui tibi ætate succedit, quiq; & vigilans, & ad labores durior, quam tu, videtur, testamento relinquam: Tibi Voitlandiam, Alberto quicquid Franconiciiuris possideo, & alteri Friderico partem Marchiæ. Cui Ioannes: Existimauī, pater, ante hunc diem cariorem tibi multo quam me Fridericū esse, cūm illi sæpius blandirere, neq; id ferre non ægrè potui. Nunc sententiam muto, & te, pater, amo coloq; qui mihi otium, illi negotium supra-ma voluntate dimittis. Hæc Æneas Sylvius. Cessit è vita Cadelsburgi 21. Septemb.

M. CCCC. XL.

Nati FRIDERICO è coniuge Elizabeta, Friderici, Duci Bauariae. F. liberi mares sunt, Ioannes, FRIDERICVS, ALBERTVS, Fridericus cognomento Crassus, & fœmellæ, Elizabeta, Cæcilia, Margarita, Dorothea, Barbara, Magdalena, Sophia.

Ioannes, Princeps ingenio mitissimo, & erga patrem obseruantia singulari, cessit de voluntate huius FRIDERICO fratri septemuirali dignitate. Vxorem duxit Barbaram, Rudolphi, Saxon. Electoris, filiā: è qualiberos suscepit, Rudolphum, Dorotheam, Barbaram, Elizabetham & Agnetem. Moritur Beierstorfi 16. Nouemb. M. CCCC. L X I I I . & Heilsbrunni tumulatur.

#### LIBERI IOANNIS.

Rudolfus nascitur in arce Trebniana haud procul Viteberga, ubi tum mater ipsius apud parentes esset: & à Rudolfo suo nomen accipit. Extinguitur infans nouem mensium.

E filiabus Ioannis, Dorothea nupsit CHRISTOPHORO, Duci Bauariæ, regi Danorum, & hoc mortuo successori CHRISTIERNO: Elizabeta, Wartislao, Duci Pomeraniæ: Barbara, Ludouico, Marchioni Mantuæ, inter matronas eius seculi forma & moribus preclara, ut Æneas Sylvius: Agnes, Bugislao, Duci Pomeraniæ.

FRIDERICVS, alter Friderici Electoris filius, consequitur Marchiam cum Septemuirali dignitate beneficio patris, & spontanea Ioannis fratris cessione. A fortitudine bellica cognomentū Ferrati (vulgo cum ferreis dentibus) inuenit. Nam & cum Pomeranis & cum Megalburgijs ei res fuit: atq; illos quidem ita attriuit, vt de consensu Imp. Cæs.

Cæs. FRIDERICI III. familiares Ducibus gentis titulos cum insignibus communes acceperit. A VLADISLAO, rege Poloniæ, Lusatiam inferiorem acquisiuit, quam deinde GORGIO, regi Boiemia, Cottbusio cum paucis alijs oppidis exceptis, permisit. Aiunt etiam ob filiam Vladislai Hedwigem, ipsi desponsam, ad regnum Poloniæ procerum studio euocatum fuisse: sed quod raro exemplo recusarit, & in CAZIMIRVM, Vladislai F. transferretur, cohortatione sua præstiterit. Haud longè ante mortem proficiscitur in terram sanctam, & Septemuirali dignitate Alberto fratri cedit. Moritur autem M. CCCC. LXX. 10. Februarij. Habuit in matrimonio Catharinam, Friderici Bellicosi, Electoris Saxon. F. è qua nati

Ioannes: Erasmus:	Margarita, nupsit moriuntur ambo infantes.	Boguslao, Duci Pomeraniæ.	Dorothea, fuit cum Ioanne, Duce Saxon. Lauenburg.
-------------------	--	------------------------------	--

ALBERTVS, nascitur 24. Nouembr. hora 7. Anno M. CCCC. XIII. Cognominatus est à PIO II. qui ante Pontificatum fuit Æneas Sylvius Piccolomineus, ACHILLES GERMANICVS. Cum bello impeteret Carolum Burgundum Fridericus III. Cæs. inter cæteros proceres officium promte præstat. Anno M. CCCC. XLVIII. acri bello Noribergenses oppugnauit: Quo in bello cum prælijs octo viatoriam cōsecutus esset, nono victus fieri pacem permisit. Habuere autem Noribergenses multarum ciuitatum auxilia: cum Alberto Principes 17. fecere, interq; hos Wilhelmus, Dux Saxonie, cui haud multo post operam nauauit mutuam. Deturbato Episcopatu Moguntino PII II. Pontificis sententia DITTERICO Isebergio, & ob veterem cum Pontifice necessitudinem, & occultam ex æmulatione virtutis ab FRIDERICO Palatino, qui Isebergium defenderet, alienationem, cum Nasouio se coniungit. Cumq; per id tempus præcipue infestaret LVDOVICVM, Ducem Bauariae, Isebergij socium, post datas & acceptas vtrinq; clades nonnullas, ex intercessione SIGISMUNDI Athesini & Cardinalis Augustani ad pacem animum adjicit. Auctus Septemuirali dignitate, auctoritatem deinde in Imperio tenet præcipuam, & à FRIDERICO III. Cæs benevolentiam maximam contrahit. Præstitit hoc etiam, quo de Germania meritus præclarissimè fuit, ut Saxonica, Brandenburgica & Hassiaca domus certis inter se fœderibus iungerentur: Que hoc maximè spectarent, ut pax firma stabiliretur, & ad eam conservandam, auxilia subministrarentur mutua. Iam senex, & ætate præiecta, Francofurtum ad comitia, quæ MAXIMILIANO I. creando Cæsari indicta essent, profectus, mortem in balneo obiit repentinam 11. Martij, M. CCCC. LXXXVI. ætatis septuagesimo secundo, & Heilsbrunni tumulatur. Celebratur suauiss. Sabini carmine lib. 2. de Cæsaribus Germanicis. Et in Epigrammatis tale ab eodem memoratur apophthegma ipsius;

*Certior Albertus cùm Marchio redditus effet,*

*Acre sibi bellum quinq; parare Duces:*

*Atq; moneretur, ne tot contenderet impar*

*Hostibus:intrepidus iusit abesse metum.*

*Quin referam tanto plus laudis ab hostibus, inquit,*

*Illorum quanto copia maior erit.*

*Anxia solliciti quam causam turba paucoris*

*Attulit:hæc illi calcar ad arma fuit.*

Extant etiam præclaræ de Alberto narrationes aliquot Aeneæ Syluij: è quibus vnam atq; alteram adijcere visum fuit. Albertus , inquit , Marchio Brandenburg. (quem Teutonicum Achillem non ab re vocant) cùm accepisset, Norinbergenses octingentos equites , ac sex millia peditum,in agrum eius præ datum misisse, apud fluuium, quem illi transmissuri erant , equitibus atq; peditibus vno duntaxat loco vadabilem, sagittarios inter arbusta ducentos collocat , qui equitatu prætermisso pedites vado arceant. Ipse cum sexcentis equitibus proximo in nemore latitat, missisq; hostiū equitibus, mox se ostendit. Steterunt vtrinq; acies medio trecentorum fermè passuum inter uallo non sine trepidatione. Tum Marchio cum duobus comitibus apprehensa lancea in hostem aduolat. Occurrunt totidem sibi ex hostibus viri fortes. Marchio equitem eum, qui sibi obuius fit, medium transfodit , sternitq;. At comitibus suis ab his, cum quibus congressi fuerant, prostratis, ipse in hostium turmam solus erumpit, modo istum modò illum conficit , stragemq; non paruam efficit, donec ad signa peruadat. Illic centū in eum gladij nudantur, & cùm punctim eum ferire circumuentum nequeant, ignari quisnam tanta auderet, cæsim rem agunt. Ille amplexatus vtroq; brachio vexillum,nusquam honestius,quam hic, moriar, inquit. Dum solus hæc agitat, reliquus exercitus suppetias occurrit, & versis in fugā hostibus, semianimem ducem apud vexillū comperit cōfractum quaf satumq; : hostes aut cæsi aut capti: fuga admodum paucos eripuit. Pedites apud fluuium impediti nulli interim vsui fuerunt. Hæc nobis & Albertus ipse, cùm simul è Noua ciuitate, Austriæ Viennam pergeremus, & alij quam plures viri graues retulerunt, &c. Et iterum: In eo bello, quod aduersus Norinbergenses Albertus, Marchio Brandenburg. ex imiē gessit , Grauenburgum ab eo multa vi oppugnatum est. Id oppidum in valle iacet x x. milibus passuum à Norinberga , muro ac fossa munitum. In quo præter oppidanos quingenti milites præsidio inerant. Oppugnatio quatuor diuersis locis cœpta est. Albertus sibi eam oppidi partem elegit, qua murus altior & fossa profundior fuit. Insultu facto ab ea parte,qua oppidum captum est, secundus ex omnibus ipse murum ascendit, in oppidum vero primus descendit. Circumuentus ab oppidanis tam diu pugnam sustinuit, quamvis in se vnum multi cōcurrissent, donec alij pugnantes , decretis sibi murorum partibus superatis, suppetias tulerunt. Oppidū captum direptumq; est, fœminis nulla vis

la vis illata. Nam id apud Teutones pro inexpibili scelere habetur. Ha-  
ctenus Æn. Sylvius. Memorat idem alibi eiusmodi de Alberto elogiū:  
Aduersus Albertū, inquit, March. Brandenburg. omnes superiores Ger-  
maniae ciuitates adiuuandos Norinbergenses statuerunt, quibus ille  
bellum indixerat. Cumq; numerosus exercitus instrueretur, interrogā-  
uit quispiam, vt quid tantum populum aduersus vnum principem, &  
eum quidem non ditissimum, armarent? Cui vnum ex primoribus ciui-  
tatum: Desipis, inquit, homo. In Alberti enim astutia & fortitudine o-  
mnium Germaniae Principū vires opesq; continentur. Neq; vana vox  
fuit. Septem & decem Principes in partem suam traxit Albertus, ci-  
uitatesq; multis incommodis attritas petere pacem coegit, &c. Postre-  
mò neq; alterū istud ipsius Æn. Sylvij de Alberto omittendum elogiū,  
haud paulo luculentius, videbatur: Albertus, inquit, cùm Norinbergē-  
sibus bellum intulisset, omnes fermè Principes Germaniae in societate  
belli pertraxit. Ciuitates verò Norinbergensibus suppetias tulerunt.  
Graue & atrox bellum fuit, in quo infensissimis odijs toto biennio cer-  
tatū est. Nouem prælia commissa ferūtur: ex quibus octo victor Alber-  
tus confecit. Nec de pace conuenit, nisi cùm exustis iā agris, attritis vil-  
lis, abactis pecoribus, colonis imperfectis, commeatus ac pecuniæ con-  
tentibus defuere. Tum quoq; pax ex Alberti sententia magis dicta.  
Hic Albertus ab ipsa pueritia ac teneris, vt aiunt, vnguiculis educatus  
in armis, pluribus interfuit prælijs, quām alijs sui temporis Dūces aut vi-  
derunt aut legerunt. Militauit in Polonia: pugnauit in Slesia, castra po-  
suit in Prussia, hostes in Boiemia fudit. Nullus in Germania terræ angu-  
lus, quē non calcarit armatus. Duxit exercitus innumerabiles, prostra-  
uit ferocissimos hostes, expugnauit munitissimas vrbes, pugnā primus  
inijt, prælio postremus excessit. Sæpe murum primus ascendit. Ac sin-  
gulare certamen, crebrius à vicinis inuitatus, nunquam detrectauit. In  
militaribus ludis, quibus hastis concurritur, vnu omnium repertus est,  
qui nunquam equo deiectus fit. Quibus ex rebus non immerito Ger-  
manicus Achilles appellatus est: In quo non solum militares artes, &  
imperatoriæ virtutes singulari quadam gratia eluxerunt, sed nobilitas  
quoq; generis, proceritas corporis ac venustas, & virium robur ac fa-  
cundia admirabilem eum ac penè diuinum reddidere, &c. Cognoui è  
fide dignis, superesse adhuc hodie Heilsbrunni ac monstrari Alberti  
caluariam, & in continuo osse nullas suturas, imò ne vestigia quidem  
harum apparere.

Fridericus, cognomento Crassus, possedit Marchiam veterem, &  
aulæ sedem Tangermundæ habuit per annos 22. Cessit enim è vita M.  
cccc. lxxiiii. Arnburgi, vbi templum fundarat. Vxor Agnes, filia  
Barnimi, Ducis Pomeraniæ, vnde filiæ natæ:

Magdalena, nupsit Eitelfride-  
rico, Comiti Zollerensi.

Dorothea, obiit  
in pueritia.

E filiabus FRIDERICI EL. Elizabeta nupsit Ludouico, Duci Lignicensi & Brigensi: Cæcilia, Wilhelmo, Duci Brunsvicensi: Margarita, Ludouico Gibboso, Duci Bauariæ, deinde Martino Palatino: Dorothea, Henrico, Duci Megalburgio: Magdalena, Friderico, Duci Brunsvicensi & Luneburg. Barbara, Ioanni, Duci Oppoliensi: Sophia mansit innupta.

LIBERI ALBERTI, COGNOMENTO  
*Achillis Germanici.*

Fuere ALBERTO coniuges duæ: prima Margarita, Iacobi, Marchionis Badensis F. quæ liberos edidit: IOANNEM, Fridericum, Wolfgangum, Margaritam, Elizabetam, Vrsulam: altera Anna, FRIDERICI placidi, Electoris Saxon. F. qua nati, Fridericus, Albertus, Georgius, Albertus, Sigismundus, & filiaæ: Æmilia, Barbara, Sibylla, Anastasia, Dorothea, Anna, Elizabeta, Magdalena.

IOANNES, nascitur M. CCCC. LV. A patre Friderico E lectore educatus, sub eodem belli contra Pomeranos tirocinium facit. Patre bello Burgundico, quod auspicijs FRIDERICI IIII. Cæs. contra Carolum Ducem gestum fuit, absente, cùm interea bello alio in Silesia contendenter CAZIMIRVS, MATTHIAS, LADISLAVS, Poloniæ, Vngariæ & Boiemia Reges, & finitimos excursionibus vexarent, cum ERNESTO, Electore Saxoniae, equitatum firmissimum conscribit: Quo prædatorijs copijs disiectis, cùm ambo deinde Vratislauiam profecti pacis proponerent conditiones, & hoc nominatim adderent, hostes se eius fore, qui illam respueret: etsi Vngarus, ingenio ferox & immitis, ad id animum ostenderet alieniorem, post tamen actionem institui permittit. Ibi dicendi partibus Ioanni concessis, ea dignitate, sapientia, grauitate, ad horas aliquot perorat, vt opinio fuerit, quanquam ingenio, facundia & rerum vsu præstantes adessent in confessu plurimi, à nemine tamen causam agi potuisse vel splendidius vel felicius. Præstítit enim hoc, vt mox inter se Reges componerent, & Germania externi belli terrore liberaretur. Aliquato post IOANNE, Duce Saganensi, de Crosna, quam Henricus Glogouiensis Barbaræ coniugi, Ioannis sorori, legarat, bellum mouente, patris iussu cum instrutis copijs ei occurrit, & datis acceptisq; nonnullis vtrinque cladibus, tandem ad Crosnam cum hoste debellat, & ad pacem petendam illum adigit: Quam pacem conciliatam ita accepimus, vt Crosna cum oppidis aliquot alijs pro dotalicio Barbaræ (sic enim annales nominant) quod esset aureorum 50000. Brandenburgicæ familiae maneret. A patris morte dignitatē Septemuiralem retinet: & cùm corpus multo grauaretur ab domine, idq; onus, quod ad actiones se inhabilem fieri censeret, ipsi molestissimum esset, curationis rationem satis periculosam init. Qua etsi ad modicum tempus gracilitatem sibi induxit, tamen recurrente natura, ferre hoc deinde cœpit moderatius, & quod præstare

*actioni-*

actionibus corporis nequivuit, animo & consilijs, quibus maximè pollebat, suppleuit. Ante mortem I O A C H I M O filio dedisse hæc præcepta fertur: Deum coleret: iustitiae & beneficentiae studeret: subditos à potentioribus oppressos vindicaret: non indulgeret licentiæ Nobilitatis. Obiit autem diem suum Anno M. C C C . X C I X . ætatis 44. Sunt qui à procera & heroica corporis statura, summaq; per imperium auctoritate, Magnum; ab eloquentia, Ciceronem Germanicum, cognominant. Inter proceres, quorum vel consilio vel opera plurimum usus est, memoratur Wedego Gans, Episc. Huelbergensis, è gente Potlicia.

Fridericus & Wolfgangus obiere mortem in pueritiae annis.

E filiabus primo A L B E R T I coniugio susceptis, Elizabeta nupsit Eberharto, Duci Wirtembergensi: Ursula Henrico, Duci Monsterbergensi: Margarita religiosam vitam amplexa, Hofij Abbatissa fit ad S. Claram.

Fridericus, nascitur M. C C C . L X . Possedit auitos in Francia fines, quibus Voitlandiam à Sigismundi fratri morte adiecit. Res ei fuit cum Noribergensibus: & cum bello Bauarico M A X I M I L I A N O I . auxilia adduxisset, Boiemicas copias, mercede hosti militantes, nō longè à Ratisbona tam fortiter quam feliciter concidit. Vbi consenuit, exemplo eius Scipionis, à quo in Cornelia gente cognomentū istud profectum opinio est, baculi in ducendo ac sustinendo illo vicem obit Casimirus F. simulq; in eundem de Imperatoris voluntate gubernationis munia deuoluuntur. Decessit è vita M. D. X X X V I . 2. Maij, ætatis 76.

Albertus, extinguitur in primæ adolescentiæ annis M. C C C . L X VI .

Georgius, nascitur Coloniæ ad Sueum. Vxor Margarita, Alberti, Austriaci, cognomento Sapientis, filia, è qua sobolem nullam suscepit, mortuus Cadelsburgi, M. C C C . L X X VI .

Albertus, obiit mortem infans M. C C C . L X X .

Sigismundus, accipit patris testamento Voitlandiam. Peruenit ad annum ætatis vicesimum septimum: sed vxorem non duxit, neq; sobolem reliquit. Defungitur vita M. C C C . X C V . prid. Matthiae.

E filiabus, altero Alberti matrimonio natis, Æmilia nupsit primùm Ludouico Mansueto, Palatino, deinde Casparo, Duci Bipontino: Barbara, tum puella annorum decem, Henrico, Duci Glogouiensi & Crosnensi: Qui feritatem Ioannis Saganensis perosus, Ducatū conjugilegauit: vnde deinde Crozna cum alijs aliquot oppidis Brandenburgicæ familiæ mansit: ipsa iterum Ladislao, regi Boiemiae despensa, non ducitur: Sibylla Wilhelmo, Duci Iuliacensi & Cliuensi: Anastasia Wilhelmo, Comiti Hennebergio: Dorothea Abbatissa fit S. sepulcri Pabebergæ: Anna, Elizabeta, Magdalena innuptæ manserunt.

#### LIBERI ET POSTERITAS IOANNIS ELECTORIS.

Fuit cum IOANNE EL. connupta Margarita, Wilhelmi, Ducis

D.

Saxon. F. collocata nimirum ei Anno M. CCCC. LXXVI. è qua proles natæ: Wolfgangus, IOACHIMVS I. ALBERTVS, Anna, Ursula, Elizabeta.

• • Wolfgangus, alijs Christophorus, moritur infans.

IOACHIMVS I. nascitur M. CCCC. LXXXIII. 21. Februarij. A patris è vita excessu Septemuiralem eius dignitatem successor excipit adhuc adolescens. Cùm in bonis litteris eruditus præclarè esset, cōdedit academiam Francofurti ad Viadrum, Anno M. D. VI. Quam diplomatis confirmarunt MAXIMILIANVS I. Cæs. & Alexander VI. Pontifex Rom. Cum FRANCISCO I. rege Galliæ & Leone X. Pontifice Rom. necessitudinem summam habuit. Anno M. D. XIX. interfuit comitijs Francofurti ad Mœnum, quibus comitijs renūciatus Cæsar fuit CAROLVS V. Ab eloquentia auctoritatē & famam eam collegit, vt in conuentu Augustano M. D. XXX. Ecclesiasticorum nomine Cæsarem oratione Latina excepisse perhibetur: quippe qui triū linguarum cognitionem haberet: & eodem tempore à Cæsare partes respondendi Protestantibus ipſi demandatae sint. Legimus etiam in Oratione Sabini Tom. i. Declamat. Philippi, demandatas ei partes fuisse Latinè respondendilegatis Liburnorū, potentium ab Imperio auxilia aduersus Turcas: & argumento eiusdē hoc quasi epiphonema subiicitur: Haec eius orationem prudentes omnes propter consiliū & sententiarum grauitatem, eruditi etiam propter genus verborum magna cum admiratione audiebant, &c. Narrant alij typis euulgatā fuisse: sed eam nondum videre mihi contigit. Moritur M. D. XXXV. ii. Julij, ætatis LI. Fuit humanitate & affabilitate mirifica erga omnes, summos, mediocres, atq; vt quidā addunt, potentiae nobilitatis terrori, & plebi vniuersē amabilis & carus quoad vixit. Extat de eo elegantissimū Sabini carmen lib. 2. de Cæsarib. Germanic. extat etiam epitaphiū eiusmodi:

Hic, Ioachime, tuisita corporis offa quiescunt,

Marchio, qui primus nominis huīus eras.

Nullus in imperio fuit obseruantior æqui,

Nec patriæ rexit mitior alter opes.

Sanguine cùm pascant animos & cæde Tyranni,

Quos fera plus hominum bella salute iuuant:

Publica tranquillæ tuæ commoda pacis amasti,

Nulla tuo strages edita Marte fuit.

Cùm tamen uulscit tua dextera debuit hostem,

Acer eras: quanquam bella perosus eras.

Auctor es, infesti quod non timet arma latronis,

Per tua qui carpit regna viator iter:

Nam consueta diu prædis ac viuere rapto,

Te graue supplicium vindice turbæ dedit.

Quin etiam facundus eras: Germania nouit,

Eloquij fuerit gratia quantatui.

Nestoris

*Nestoris es linguae dulcedine nomen adeptus,  
 Ut tuus Āacidæ nomen Achillis auus.  
 Marchia, Cæsareis te legibus auspice gaudens,  
 Sustulit è patrio barbara iura foro.  
 Gymnasiumq; recens fundasti, docta iuuentus  
 In quo Pieridum dulcia plectra mouet.  
 Ergo prius Sueus mutabit & Oder a cursum,  
 Per tua qui liquidis regna feruntur aquis:  
 Cœruleusq; retro sua cornua flectet Hauelus,  
 Quam virtutis erit fama sepulta tuæ.  
 At pia nunc animæ concedat gaudia Christus,  
 Qui tibi configium spesq; salutis erat.*

Habet præterea exquisitas rā huius Principis quam Alberti fratris laudes alia ad illum eiusdem Sabini epistola. Vsus est Mathematico Ioanne Carione: de cuius vaticinio quæ quorundam opinio sit, omitto, vel potius cùm certi ipse nihil habeam, itidem in incerto relinquo.

**A L B E R T V S**, nascitur m. c c c c. x c. E Canonico Treuirensi & Moguntino ad Archiepiscopatum Magdeburgensem, & Episcopatum Halberstadensem, euectus, quod fuit anno M. D. x i i i. mox seq. anno, nono die Martij, etiam Archiepiscopus Moguntinus salutatur, & postremò Purpuratorū E.R.collegio ascribitur, factus primūm Cardinalis Presbyter S. Chrysogoni, deinde S. Petri ad vincula, & legatus natus coronatus. Accidit hoc sub annum M.D.XVIII. Cal. Augusti, in eo Imperij conuentu, quem **M A X I M I L I A N V S I**. Cæsar Augustæ postremum egit. Qui vt hunc ei honorem augeret, ab inauguratione domum ipsum deducit, & munera mittit, nempe regiam lecticā, equos & stragulam vestem multam valde preciosam. Anno M. D. x i x. suo maximè suffragio imperium Carolo v. conciliauit. Et cùm religionis dissidijs turbata Germania esset, unus præcipuè cum Ludouico Palatino El. tanquam agger quispiam, ne bellorum veluti amnes illam inundarent, obstitit: & æstum iam iam erupturum sedavit sepe feliciter. Erga homines doctos benevolentiam singularem habuit, & cùm alibi Sabini poematis celebratur, tum lib. 2. de Cæsarib. German. Nam huius adhuc adolescentis ingenium vnà cum Ioachimo fratre mirificè complexus, hoc ambo munificentia sua præstitere, vt is non solùm per Germaniam, sed etiā in exteris nationibus innotesceret. Et Albertus tandem propter prudentiam & facundiam in aulam ascitū, inter familiares & primarios consiliarios cooptauit. Obiit diem suum M. D. x l v. 24. Septembr. ætatis l v. tumulatus Moguntiæ in basilica Martiniana post aram maximam. Ornauit defunctum hoc vero elogio Sabinus:

*Albertus iacet hoc loco sepultus,  
 Qui de sanguine regio creatus,  
 Lumen Cardinei fuit Senatus:  
 Qui virtute potentiaq; rexit*

Magni Saxonicas Othonis urbes,  
 Et Moguntiaci fluenta Rheni,  
 Nil Germania maius hoc habebat:  
 Nam de litibus arduisq; rebus  
 Conuentus ubi Principes agebant,  
 Verbis promptus & elegante lingua,  
 Ceu Laertiades regebat alter  
 Tutum consilio suo Senatum:  
 Ac tot disiidijs ubiq; motis,  
 Terrarum bene consulebat orbi.  
 Pacis suasor erat, quieta pacis  
 Sæuis otia præferebat armis:  
 Quin & iustitia tenax & æqui,  
 Dignas fontibus irrogare pœnas,  
 Complecti q; bonos & innocentes,  
 Mitis non secus ac parens solebat.  
 Nec fuluum sibi congerebat aurum,  
 Doctos munera conferens in omnes:  
 Dispensabat opes, manuq; larga  
 Sacras Pieridum fouebat artes.  
 Hunc lugubria tectus ora velo  
 Albis, Rhenus, Hauelus, hunc peremtum  
 Fontis Pegasei cohors, & omnis  
 Est res publica prosecuta fletu.

E filiabus IOANNIS E L. Anna fuit cum FRIDERICO, rege  
 Daniæ: Vrsula, cum Henrico, Duce Megalburgio: Elizabeta extincta  
 est infans.

IOACHIMVS I. Elector in matrimonio habuit Elizabetam, IO-  
 ANNIS, regis Danorum F. è qua liberi nati: IOACHIMVS II. IO-  
 ANNES, Anna, Elizabeta, Margarita.

IOACHIMVS II. nascitur 9. Ianuarij M. D. V. Adhuc puer tra-  
 ditur in bonis litteris informandus D. Funcio Iureconsulto: & AL-  
 BERTO patruo præeunte, plurimum in Latinę linguę cognitione pro-  
 ficit, & ad lectionem sacrorum bibliorum assuefit. Adolescens patrem  
 in aulam MAXIMILIANI I. Cæs. comitatur: ubi desponsa ipsi Phi-  
 lippi F. Cæsarlis N. ante nuptias fato fungitur. Eundem deinde ad co-  
 mitia & Imperij conuentus fermè omnes sectatur, eoq; instituto vsum  
 sibi rerum magnum comparat.

Anno M. D. XXXII. SOLYMANO Turca bello Austriam impe-  
 tente, cùm ex Imperij decreto Cæsar Barbaro occurisset, auxiliares ei  
 equites ad 2000. adducit: & PHILIPPO Palatino adiunctus, Casonum,  
 ducem Turicum, ad Leopoldium cædit. Id tam præclarissimæ forti-  
 tudinis facinus mirificè Cæsare cōpletente, cingulo equestri donatur.

Anno M. D. XXXV. Septemuiralem patris dignitatem hæreditate  
 excipit:

excipit: immutat religionem, & ita immutat, vt doctrina à finitimorū Principū Theologis plenè & indistincte, humanę verò traditiones atq; ritus certis conditionibus probarentur: Cùm frustra ab hoc instituto & SIGISMVNDS, rex Poloniæ, & Georgius, Dux Saxonie, saceri, & ALBERTVS patruus eum dehortati essent.

Anno M.D. XLII. de communi ordinum Imperij consilio, & volūtate Cæsarisi, in conuentu Spirensi belli Turcici Imperator designatur: Quo in bello cū difficultatibus circumuentus multiplicibus, ab hoste recuperare iam antè amissa non posset, ne latius ille vagaretur, præstat. Deinde ornandæ Francofurtensi academiæ incumbit, amplissimis sacrorum reddituum bonis huic concessis, & stipendijs, quibus opt. artiū Professores alerentur, ad auctis.

Anno M.D. XLVI. moto in Protestantes per Germaniā bello, Cæsarisi partes sequitur, & ad idem fratri IOANNI hortator fit. Cùm in eodē tempore inter IO ANN. FRIDERICVM EL. SAXON. & Mauricium simultas recruduisset, reconciliandis illis vehementer incumbit: & cùm haud multo pòst Saxo in potestatē Cæsarisi venisset, vt capitalis in eum lata sententia mutaretur, intercessione sua impetrat, simulq; ab Anhaldiorū finibus hostiles dereptiones auertit. Cœpit iā tum etiā vnā cum Mauricio pro Landgratio, Chattroū Principe, Cæsari reconciliando labrare. Quod cùm frustra fieret, Halæ Saxonū iterum instat, remq; obtinet, & pro Landgratio dubitabundo & liberis & prouincialibus spondet. Qui vbi deinde Cæsari ex pacto supplicauit, & cùm ab Albano vnā cum intercessoribus suis ad cœnā inuitatus, cumq; ijsdē assurgentibus in hospitiū redditurus, manere apposita custodia iussus esset: Albano eo nomine ex auctoritate Cæsarisi se excusante, Atrebatenſi verò Episcopo, qui in hac actione ad Cæsarē internuncius fuisset præcipuus, Sophisticen ex formula pacis Germanica ingerere auso, ita in hominē incanduit, vt manu hoc vindicaturus fuisset, nisi alij iracundiā eius commodis verbis leniſſent. Nec ab eo tempore solicitare pro Landgratio destitit, sed vt operam semper luderet: quoad istum veluti nodum Gordium dissecuit ense suo Mauricius Elector.

Anno M.D.XLVIII. proficiscitur Augustā ad comitia: Vbi à Cæsare Interreligione, seu tali quapiā religionis formula, quę INTERIM obseruaretur, quoad haberi conciliū posset, promulgata, ne quid ad suas inde prouincias rediret incōmodi, eā denuō sanctionē, q; multis antè annis, ipso approbāte Lutherō, tulisset, & ratā Cæsar esse voluisset, confirmari ab hoc diplomate curauit. Extat idē diploma inter tabulas publicas.

Anno M.D.L. cùm Brunsvicensi obsidione, quā instituerat HENRIVS Dux, soluta, militem exauktoratū ad se traduxisset, & partim proscriptionis iure, partim, vt ferebatur, instinctu nobiliorū sacerdotū, inuasisset in agrum Magdeburgensem GEORGIVS Megalburgius, hostēq; occurrentē fudisset: Tamē si antehac semper paci studuisset, tamē quia Magdeburgēses fines eius aliquoties incursionib. vexarant, & per

## ORIGINES STIRPIS

Ludouicū Stolbergiū oblatas pacis conditiones repudiarant, ipse etiā vñā cum Mauricio E L. tum arma capit, & obsidionis Magdeburgicæ initium facit. Mox Cæsarem ad vindicandum Imperij decus hortatus, rerum summa Mauricio permitteretur, impetrat. Cumq; Ioannes frater occulte Magdeburgensibus faueret, in Tangermundensi colloquio eum hosti immutat: ac deinde vti armis Mauricius, ita ipse consilio oppugnare vrbē pergit: relictis tamen ad obsidionē suis quoq; copijs sub ductore Georgio Blāncoburgio, ex equestri nobilitate viro primario.

Vbi tandem conciliata cum Magdeburgensibus pax nouū in Cesarē, ob Landgrafium in vinculis detentū, peperisset bellū: tametsi negotiū hoc transfigi absq; armorū tumultu maluisset, tamē quia aliter obtineri nihil posse intelligebat, & suā liberari fidem cupiebat, nō refragatus est. Iamq; illo ex sententia cōfecto, cūm ALBERTVS agnatus adhuc in armis maneret, dehortatus ab hoc instituto eū vehementer fuit: sed cūm id frustra fieret, fortunæ ipsum deinceps, quā sibi pararet, permisit.

A pugna Saxonica ad Sigfridhusiū, in qua victor Mauricius interiit, Albertus deuictus fuga evasit: etsi hic disipatas mox copias recolligebat, maluit tamen cum Mauricianis ordinibus pacem tenere, quam in Albertum, cuius causam improbaret, opis quipiam conferre. Cumq; tandem rebus illius euersis, ab inueteratis in multorū animis offendis pacem adhuc nutare cerneret, vti hæreditariū inter Saxoniam, Brandenburgicam & Hassiacam domos, fœdus Numburgi solenni iurisurandi religione renouaretur ac firmaretur, auctor fuit.

- Anno M.D.LVIII. posteaquam Imperium, quo CAROLVS V. Cæs. ante bienniū, in Hispanias prosectorus, se abdicarat, cessit FERDINANDO fratri, inaugurationem huius Francofurti ad Mœnū præsentia sua ornat. In eodem tempore consueta & solenni cærimonia prouinciae ei hæreditariæ à nouo Cæsare conferuntur ac confirmantur: & cūm de religionis tollendo dissidio instituta deliberatio esset, negotium id studio prolixo iuuat.

An. M.D.LXII. altera Francofurtensia comitia, quæ FERDINANDVS Cæs. surrogando sibi MAXIMILIANO F. per Moguntinum indixerat, petit: in itinere Landgrafium & Henricum Brunsuic. quibus in Imperij Principibus plurimum tribueret, salutat: & valetudine tentatus, cūm ex ALBERTI proaui casu, qui in MAXIMILIANI I. electione Francofurti mortem obijsset, similem de se euentum metueret, primū quidem subfūtit aliquantis per dubitabundus, deinde verò vbi se collegit, excelso animo pergit, ac Cæsare cum reliquis Principibus in occursum ipsius effuso, excipitur honorificentissimè.

Anno M.D.LXVI. gliscentibus Gothani belli initijs, cūm inde maius aliquod per Germaniam incendium metueret, pro ea concilianda ac stabienda pace laborauit, quæ ex Imperij dignitate esset. Ac prævaluisset in re æquissima auctoritas eius, nisi Martius quidā furor, fatalisq; Erinnys, sana & moderata consilia interturbasset ac peruerisset. Vixit

Vixit post id tempus ad annos quinq;. Et cùm eo die, cuius nox inse-  
quens ipsi fatalis extitit, à venatione in arcē Copnicā reuersus tardius,  
hilari & pio colloquio cū Consiliarijs cœnā peregisset, ijsq; dimissis, iā  
ad quietē se cōpositurus, à religiosa mētis affectione in meditationē pas-  
sionis filij Dei prolapsus, quia haberi pictor nō poterat, imaginē Christi  
in cruce pēdētis sua manu in tapete creta expressisset, paulo pōst quām  
in lectū se reclinavit, quod fuit post horā secundā, morte, quæ vel ex cor-  
dis resolutione, vel neruorū obstruktione, fuisse creditur, extinguitur re-  
pentina: An. M. D. LXXI. 3. Ian. ætatis supra climaætericū magnū tertio:  
cùm septēuiralē dignitatē tenuisset an. 35. hebdomadas 25. Funus Colo-  
niā ad Sueū deductū est, vbi die post mortē 23. cōditur. Enītuit maxi-  
marū & summo principe dignissimarū virtutū fama, hoc est secundum  
syncerioris religionis studiū, sapientiæ, iustitiæ, fortitudinis, beneficen-  
tiæ, moderationis: quib. gentilitia ipsi facūdē & gratiosæ orationis co-  
pia adiuncta esset. Paci enīxè semper studuit: quā vt suis perpetuā preſti-  
tit, ita alijs sēpe feliciter cōciliauit. Adulationes & calumnias, aularū pe-  
stes, aduersatus quām maximē fuit. In opes cumulandas nunquā incu-  
buit, sed profusa & obuia in quo suis munificētia extitit, verē suo exem-  
plō exprimēs id, quod habet Arist. Ethic. Nicom. lib. 1. cap. 13. ὁ μελέτης τῶν  
πάτερων, τῶν πατέρων, τῶν πατέρων: Cūm quidē parsimoniā & frugalitatē virtutibus  
regijs nequaquā accenseret. Imp. Cæs. FERDINANDVS tantū ei tribuit,  
vt auctoritate eius atq; cōſilio filios suos haud secus ac verissimi paren-  
tis vti voluerit. Addatur his singulare id & mirificū, profectū à natura  
ornamentū, quòd res futuras sēpe non obſcurè cognouit. Expeditionē  
eius Vngaricā tā falſo quām malitioso ſtylo perſequitur in historia sua  
Paulus Iouius. Quem ad Principis huius & totius Germanici nominis  
vindicandū decus refutauit eruditissimo carmine Sabinus lib. 6. Eleg.  
Nec mira ea maleuolētiæ peruersitas de homine Italo videri debet: qui  
cuiusmodi in Germanos animo fuerit, per vniuersam historiā suā satis  
abundeq; demonstrat. Edidit funeris eius historiā Andreas Musculus,  
Doctor Theologus, vbi & de morte plura, eaq; memoratu dignissima  
referūtur. Est etiā in manib. doctorū Christophori Meienburgij de to-  
tius vitæ curriculo atq; obitu eius oratio luculenta, & eloquētiæ circū-  
ſpectæ luminib. elegātissima, quæ nostræ huic expositioni argumentū  
præbuit; est itē altera parentaliū ergò habita à Christophoro Cornero,  
Doctore Theologo. Habet gratulationē d. Academia Francofurtensi in-  
ſtaurata Sabinus lib. 3. Eleg. & alterā de expeditione Vngaricalib. seq.  
E transactione cū Ferdinandō Cæs. tā ipse quām Ioannes frater primū  
Duces Croſnæ in Silesiā se nominarūt. Ac paulo ante mortē à Sigismū-  
do Augusto, rege Poloniæ, successionē in terrā Prussiā obtinuit. Chro-  
nicō, quod Ioānis Carionis nomē præfert, primū huius Principis auspi-  
cijs prodijt. Nā, quod idē præfatio cōmonet, & artib. liberalib. & histo-  
riarū lectione delectatus max̄ opere fuit. De eloquētia eius postremō  
addo, celebrari de ea talē quempia, sanè elegātis & arguti iudicij, ideoq;

qui h̄ic apponetur dignum nobis visum, viri doctiss. Abdiæ Prætorij sermonē: Ioachimum El. natura, Ioannem fratrē arte, eloquentes fuisse.

IOANNES, cognominatus à quibusdam Sapiens & Seuerus, nascitur M.D.XIII. 3. Augusti. Dedit nomen fœderi Protestantū M.D.XXXVIII. Quod cùm ad religionis defensionē referret tantum, de eoq; Cæsar ipsi cauisset prolixè, hortatu fratribus bello Germanico ei militat: idq; Principes aduersarios publicè incusantes scriptis contrarijs retundit. Bello eo cōfecto, cùm in cōuentu Augustano decreta de religione, quibus Protestantes INTERIM dū haberetur conciliū tenerentur, Cæsar promulgasset, ita dere illa cum MAVRICIO El. Saxon. communicat, vt cùm suam singuli causam apud Cæsarē priuatim agerent, vterq; de religione promissum Cæsaris vrs erit acriter: nihil indignationē eius, qui latet tum victor dominaretur, veriti. Vt ne in Magdeburgenſes bellū suscipietur, in Tangermundensi colloquio vehenienter apud fratrē labo-ravit, occulte illis auxilia pollicitus: Cui in ſtituto ſeriō fratri ſe oppone-ti tandē cedit. Anno M.D.LII. iterum Germania bello in Cæſarē turba-ta, militē huic adducit. Vitā finijt Custrini M.D.LXXI. vndeциmo poſt fratribus mortē die, ann. ætatis LVII. Claruit in virtutibus alijs, ijsq; maxi-mis, singulari pietatis ſtudio, eloquentia arguta & consilij dexteritate. Quibus ornementis vt fratri par fuit, ita frugalitate attentiore, & in re familiarē diligentia, ſuperauit. Extat Sabini ad Ioannem Sleidanū epi-stola, quæ cùm alia habet ad Principis huius decus pertinentia, tum re-ligionis & reipub. ſtudiū eius, deniq; totam vitā interiorem his verbis exponit ac prædicat: Semper, inquit, hic sapiens Princeps hanc diuinā normam confiſiorū, quam & vexillo in ſcriptā tunc (tempore belli Ger-manici) habebat, ſecutus est: DATE DEO QVÆ DEI SVNT, QVÆ CÆSARIS SVNT, CÆSARI. Id diſcrimen & intelligit, & vera pietate & summa grauitate tuetur, veris officijs Deum colit, & singulari vigi-lantia in Ecclesijs doctrinæ puritatē, & in populo disciplinā conseruat. Nec deest communi ſaluti Germaniæ in publicis negotijs. Eius cōſilio multæ Principū controuersiæ tolluntur. Vita interior caſta & modesta eſt, & nō voluptuibus ſordidis agit. Sed ordine tempora diſtributa ſunt: alia lectioni ſacræ & precationi tribuuntur, alia deliberationibus & cognitioni caſarum ſuę ditionis, alia peregrinorum Principum ne-gotijs. Exiguum ſuperest, quod corporis necessitatib⁹ tribuitur. Hacte-nus Sabinus. Fuit in matrimonio Ioannis Catharina, Henrici Iunioris, Ducis Brunsuſic. F. ē qua filiæ genitæ

Elizabeta, collocatur Georgio Fri-derico, Marchioni Brandenburg. M. D. LVIII. 26. Decembr. Cedit ē vita 8. Martij. M.D.LXXVIII.

Catharina, nupsit IOA CHI-MO FRIDERICO, Admi-nistratori Magdeburg. M. D. LXX. 8. Ianuarij.

E filiabus IOA CHIMI I. E L. Anna nupsit Alberto, Ducis Megal-burgio: Elizabeta, Erico Seniori, Ducis Brunsuſensi, deinde Popponi Henne-

Hennebergio: Margarita, Georgio, Duci Pomeraniæ, deinde Ioanni, Principi Anhaldio.

IOACHIMO II. EL. vxores duæ fuere, prima Magdalena, Georgij Barbatij, Ducis Saxon. F. è qua geniti, Albertus, Georgius, IOANNES GEORGIVS, Fridericus, Paulus: & filiæ, Barbara & Elizabeta: altera Heduigis, SIGISMUNDI, regis Poloniæ filia, è qua nati, Sigismundus, Elizabeta Magdalena, Heduigis, Sophia.

Albertus & Georgius, gemelli, moriuntur in cunis.

IOANNES GEORGIVS, nascitur M.D.XXV. II. Septembr. Bonas litteras vnâ cū Friderico fratre addiscit à Nicolao Misnero, eoq; vita defuncto à Bartholomæo Rademano, Doct. Iureconsulto, sic vt istius institutionis gratia ambo aliquantis per Francofurti ad Viadrum substiterint, vñ tum studiorū socio Ioanne Alberto Megalburg. Bello Germanico militauit Imp. Cef. CAROLO V. à patre huic auxilijs adductis: & ea generosissimi animi prælustrisq; fortitudinis edidit facinora, vt cingulū equestre promeruerit. Post mortē patris dignitatē eius, & auitarum prouinciarū administrationē, successor excipit. Quam vtranq; ita hactenus gessit, vt religioni, reipub. litteris patrocinando ac cōmodando, populo subiecto æquabiliter & ex legū præscripto ius dicendo, bonis se carum ac venerabilem, maleficiis formidabilem reddiderit, deniq; reliqua imperij munia, quibus meritò accensuerimus benignissimi fauoris ad academiam Francofurtensem respectū, præclarissimè obeundo, id cōsecutus sit, vt vera & recta ordinū omnium sententia PATER PATRIÆ & sit & habeatur. AN. M. D. LXXV. interfuit comitijs Ratisbonensisbus, cùm Cesar tū renunciaretur atq; inaugurate RVDOLPHVS II. Maximiliani II. F. De cæteris Principis huius actis, totaq; vita, quia plena omnia sunt multifariarum virtutū documentis atq; exemplis, quemadmodū ille de Carthagine, filere, quām pauca dicere, satius esse duxi. Tātū de reipub. administratione repeto, in hac Principem opt. patriæq; amantissimū, tam è nobilitate quām alias, quos præclara in litteris eruditio, virtus & rerū usus commendaret, sibi cùm cōfiliarios tum ministros asciuisse. Quorū erga Principem fides, in repub. demerenda atq; ornanda vigilantia & studium, cùm palam atq; in medio sint, addi à me nihil debebat. Nec inculcāda hīc nomina singulorū existimauit: quippe quod nō posset non prolixitatē parere: Ut accōmodatius visum fuerit, mentionē eam, ita vt iam de plerisq; quorū id merita exigeant, occœpi, alij loco reseruare. Inter eos tamen, quos paterna hæreditas ad Principē hunc simul veluti adduxit, præcipua ab ipso auctoritate ac dignitate superstites sunt, Georgius Blancoburgius, de quo suprà diximus, & Lambertus Distelmeierius Iureconsultus, Cancellerius: ille militiæ & in armis, hic in toga, exquisitaq; doctrinæ eruditione ac Iuris scientia clarissimus; vterq; verò is, qui prudentia, grauitate, cōfiliorū solertia & fide, gnaua in rebus gerendis industria, tueri locū suū egregiè pergit: vt quod fortuna decus cōciliauit, cōpetens virtuti meritum videri possit.

Fridericus, nascitur M. D. X X X. 12. Decembr. Surrogatus in Archiepiscopatu Magdeburgensi & Episcopatu Halberstadensi IO A N N I Alberto M. D. L II. moritur eodem anno 3. Octobr. A Sabino his versibus epitaphijs celebratur:

• • Reddidit ante diem Fridericus Marchio vitam,  
Factus ubi Præsul Parthenopæus erat.  
Hunc ubi confexit respub. morte solutum  
Fleuit, & haec mæsto pectore verba dedit:  
O columen, Friderice, meum, ceu messis in herba  
Ah tua sub primo flore iuuent aperit.  
Te vix alter erat præstantior inde Princeps:  
Spes erepta mihi funere quanta tuo?

Exstat etiam erudita Ioannis Schofferi Æmiliani ecloga Principis huius encomium continens.

Paulus, nascitur difficulti matris partu 24. Decembr. M. D. XXXIII. eaq; doloribus illis extincta, non multo post & ipse expirat.

In filiabus IO A C H I M I I I. E L. è prima coniuge, Barbara, nupsit Georgio, Duci Lignicensi & Brigenſi.

SIGISMUNDVS, natus M. D. XXXVIII. 2. Decembr. excipit successor Episcopatus Friderici fratris, easq; dignitates tenet annos 14. summa cum laude. Meritus est preclarissimè de hominibus doctis, quibus quoad pœnitentia perfugium & præsidiū fuit. Nam in bonis litteris eruditus fuerat à Paulo Prætorio, viro doctissimo, & cum primis eloquente, cuius postea in maximis reipub. negotijs consilio atq; opera usus est. De eodem memorabile hoc est admodum, & ad egregiam Sigismundi laudem pertinet. Cum Sycophanta quidam mortuo Prætorio nescio quid criminis ad conflandum Principis odium obijceret: hoc, inquit Sigismundus, viuo Prætorio dictum oportebat: Ego & fidem & benevolentiam præceptoris benemerito debitam nunquam mutabo. Moritur M. D. LXVI. 14. Septembr. Prodiit temporibus Sigismundi, hoc est, cum iam is in magistratu fuisset annos circiter quatuor, & solennis inaugurationis gratia Halberstadium petiturus esset, liber Matthiae Flaccij Illyrici, quem Catalogum testium veritatis inscripsit. In eo planè παρέπλως ad Archiepisc. Magdeburgicoru, qui ex illustriss. familia Brandenburg. (ipse Marchitas vocat) itidem illustriss. Princ. Ernesto Saxoni successere, mentionem deflectens, non dubitauit eos tanquam dilapidatores reddituum, & vexatores miserorum, infamare. Verum cum de eius viri scriptis & actionibus, quæq; præterea externus ipse, atq; originis exoticæ, per patriam nostram Germaniam, nec non in plerosq; omnium ferme ordinum preclarissimè de hac, adeoq; vt accepimus, de ipso meritos, si bisum sit, aliorum iudicia & censuræ in medio sint, addi à men nihil debet. Et ea illustriss. domus Brandenburg. amplitudo, ea Principum illorum in Ecclesiam, Rempub. litteras, merita sunt, vt nostra non dicam apologia, sed ne quidē præconio indigeant. Neq; verò liberalis animi ducimus,

ducimus, procaciter conuiciari. Ac celebratur à Plinio non immerito  
Planci istud in æmulum Asinium Pollionem, qui in mortuum crimi-  
nationes meditaretur: Cum mortuis non nisi laruas luctari, celebratur  
etiam, quod est apud Plutarchum in Timoleonte, quodq; proprius huc  
pertinet, in hanc sententiam: Pleriq; eo sunt ingenio, vt maledictis gra-  
uius quam malefactis offendantur. Iniquiore enim animo contume-  
liam ferunt quam damna: seq; manu defendere in bello conceditur, vt  
necessarium: conuiciorum autem petulantia de superuacanea & nimia  
improbitate & odio existere putatur. Hæc Plutarchus. Constat etiam  
varia doctorum virorum monumenta Sigismundi veluti patrocinio  
publicata fuisse, inq; his postremam & locupletissimam Chronicæ Ca-  
rionis editionem, tum Sabini poemata. Huic enim semper multum  
detulit, eiusq; industriam & fidem arduis saepe in negotijs perspexit ac  
probauit.

Ex altera IOACHIMI II. E L. coniuge filiæ, Magdalena Eliza-  
beta, nupsit Francisco Othoni, Duci Luneburgensi, Heduigis I V L I O,  
Duci Brunsuicensi, Sophia Wilhelmo, Baroni Rosemburgio.

IOANNES GEORGIVS E L. coniuges tres habuit: primam So-  
phiam, Friderici Ducis Lignicensis & Brigensis F. è qua natus IOA-  
CHIMVS FRIDERICVS: alteram Sabinam, Georgij Brandebur-  
gici filiam: qua procreati, Georgius Albertus, Ioannes, Albertus, & fi-  
liæ: Magdalena Sabina, Heduigis, Magdalena, Margarita, Maria, Ert-  
mudis, Anna Maria, & Sophia: tertiam & adhuc superstitem Elizabe-  
tam, Ioachimi Ernesti, Princ. Anhaldij F.

IOACHIMVS FRIDERICVS, nascitur M. D. XLVI. 27. Ja-  
nuarij hora 5. pomeridiaria. Adolescentulus in bonis litteris informa-  
tur ab Thoma Hubnero, viro eleganter & præclarè in lingua vtraq;, &  
eruditæ doctrinæ studijs, & docto & exercitato. Designatus Episco-  
pus Huelberg. & Lebusiensis, ab obitu Sigismundi patrui administra-  
tionē Archiepiscopatus Magdeburg. adiungit. Ac suscepta ab eo tem-  
pore doctrinæ emendatio fuit in summo Ecclesiastici collegij templo.  
Cuius rei ut ad posteritatem duraret memoria, hæc chori, vt vocant,  
vestibulo addital litteris aureis inscriptio fuit: A N. M. D. LXVII. DO-  
MINICA I. ADVENTVS REPVRGATVM EST HOC TEM-  
PLVM CATHEDRALE, ET INSTAVRATA PVRA EVANG.  
DOCTRINA, ET LEGITIMA SACRAMENTORVM ADMI-  
NISTRATIO, EXPLOSO ANTICHRISTO. Fecere etiam tum  
ibi Euangeli præconium omnium primi Sigefridus Saccus, Doctor  
Theologus, & Christophorus Wichmanus. Anno M. D. LXXIX. transi-  
gitamica compositione, quam & Imp. Cæs. Rudolfus II. ratâ habuit,  
cum Electore Saxon. Augusto Princ. de ijs, quæ antè inter vtrunq; cō-  
trouersa fuissent, & xxvi. Octobr. solenni quadam pompa & splendo-  
re Magdeburgū ingressus, oppidanos per iusurandū in fidem suscipit:  
Cùm inde ab Alberti Cardinalis tēporibus consuetudo ista intermissa

fuisset. Extant diuersa huic Principi dicata Ioachimi Camerarij scripta. Quo enim illum virum eiusq; eruditionem complexus fauore sit, prædicat ipse ea præfatione, quam expositioni historiæ Christi & Apostol. præfixit. Meruit quoq; eundem honorem exquisitissimis hominam externalorum, inq; his præcipue Petri Victorij & Caroli Sigonij, studijs atq; encomijs. Et constat quidem perquam laudato exemplō maiorū eum vestigijs insistere. Faxis immortalis Deus, ut quæ fata terris auspicatissimæ gubernationis eius primordia ostenderunt, in diutinæ felicitatis exitum desinant.

Georgius Albertus, nascitur M. D. L V. 19. Februarij: cedit è vita bimus.

Ioannes & Albertus, gemelli, in cunis moriuntur.

E filiabus, Magdalena Sabina, Hedwigis & Margarita infantes, Magdalena in cunabulis, Maria adolescentula, mortem obeunt: Ertmudis, nupsit Ioanni Friderico, Duci Pomeraniae: Anna Maria & Sophia virgines adhuc in vita sunt.

**IOACHIMO FRIDERICO** matrimonio sociatur Catharina, Ioannis, patrui magni F. vnde nati, Ioannes Sigismundus M. D. LXXII. 8. Nouembr. hora 7. postmerid. Ioannes Georgius M. D. LXXVII. 16. Decembris. Augustus M. D. LXXX. nocte vergente in 17. Febr. intra duodecimam & primam hor. & filia Catharina M. D. LXXV. 26. Iunij intra vndecimam & duodecimam noctis. Conuenit autem detenera illustriss. sobolis huius ætate ista nos vota facere, vt Filius Dei, generis humani custos ὡστὴρ ἀλεξινος, eam eis πίθαις γῆρας, quemadmodum habet adagium, perducat ac solspitet, summæq; spei indolem magisterio Spiritus sancti ad veram pietatem, & omnis generis virtutes, inflestat atque dirigat.

#### LIBERI ET POSTERITAS FRIDERICI, ALBERTI EL. F.

Cum Friderico, quem **ALBERTVS**, cogn. **ACHILLES GERM.** filium alterum habuit, connupta fuit Sophia, **CAZIMIRI**, regis Poloniæ F. è qua liberi geniti mares: **CAZIMIRVS**, **GEORGIVS**, **ALBERTVS**, Fridericus, Ioannes, Fridericus, Wilhelmus, **IOANN. ALBERTVS**, Fridericus Albertus, Gumbertus: & fœmellæ, Elizabeta, Margarita, Sophia, Anna, Barbara.

**CAZIMIRVS**, nascitur M. CCC. LXXXI. 27. Septembris. Claruit animi magnitudine & scientia rei militaris. Anno M. D. VI. duranti bus inter patrem & Noribergenses simultatibus, cum iuuentus Norica pagi vicini encænia adiisset armata, subito eos adortus, plurimos & præcipuos trucidauit. Anno M. D. XIX. legatione cum alijs aliquot Principibus fungitur pro Carolo Austriaco, rege Hispaniarum, ad Electores Imperij: eoq; Cæsare designato, negotium ipsi datur, vt, dum ille in Germaniam veniat, conductis copijs ac suo loco dispositis, prouideat,

uideat, ne quid accidat incommodi. Anno M. D. XXV. in seditiosos Kittingenses animaduertit seuerè. Moritur dysenteria Budæ, cùm contra Ioannem Sepusium Vayuodam rerum summa ipsi commendata esset, M. D. XXVII. ætatis XLVI.

GEORGIVS, cognométo Pius, nascitur M. CCCC. LXXXIII. 4. Martij. Educatus ab auunculo LADISLAO, rege Vngariæ & Boiemiae, rursus ab eo Ludouico F. & in regnis successori, educator morumque informator adiungitur. Cui cùm alijs laudabilibus exemplis præit, tum in militaribus studijs eum præclarè exercet, & vbi regno Boiemiae inaugurate, ensem ipsi præfert. Eundem bellum Vratislauensibus ob religionem mutatam facturum; intercessione sua placat. Iamq; diuersis ex meritis Regi commendatissimus factus, Silesiæ tractu in Ducatu Oppauiensi & Oppoliensi donatur. A Kazimiri fratribus morte, nepotis ex illo ALBERTI tutelam suscipit: religioni, sancta & felice Lutheri opera instaurata, nomen dat: subscriptit cum socijs Principibus & ciuitatibus Augustanæ confessioni, Anno M. D. XXX. in Imperij conuentu CAROLO V. Cæsari exhibitæ. In quo eodem conuentu cùm agnati aliquot Principes mandato Cæsar is grauibus eum minis ternerent, & hoc adderent, fore, vt, nisi cum Ecclesia Romana in gratiam rediret, Alberti tutela abdicaretur, nihil propterea ab instituto dimouetur: & promulgata demum in Protestantes sententia acerbissima, separatim cum WOLFGANGO Anhaldio Cæsarem adit: sua in domum Austriacam beneficia commemorat: eandem in sequens tempus à se voluntatem defert: vnam tantum religionem excipit: diserte testatus, se propter hanc nulla pericula defugere, ne quidem capit, quod è cœlesti sanctione magis Deo quam hominibus obœdire tenetur. Ea animi intrepidi constantia Cæsare delinito, responsum non incommode refert: neque enim hoc agi, vt vita cuiquam eripiatur: quare bono animo esset, atq; in fide & virtute pristina maneret. Ali quanto post ab Wigando, Episcopo Pabepergensi, socijs foederis Sueuici accusatur, ceu qui ius ipsius Ecclesiasticum interpellaret: vestigalia deteriora faceret: homines Ecclesiasticos ad suum doctrinæ genus vel vi cogeret, vel profligaret. Ea causa varie disceptata, demum Norlingæ ad concilium prouocat. Cedit è vita M. D. XLIII. 27. Septembr. ætatis LVII. & Heilsbrunni inhumatur. Celebravit memoriam eius versibus epitaphijs Ioannes Hofferus Coburgensis, quos adjicere visum fuit.

*Principis illustris sita sunt hic ossa Georgi,*

*Qui de Marchiacō sanguine natus erat:*

*Et genus à Ducibus summa cum laude trahebat,*

*Qui clypeos veteris nobilitatis habent.*

*Quorum clara toga virtus celebratur & armis,*

*Flammiuomiq; replet Solis utranq; domum.*

*Huic fuit eximus genitor Fridericus, Achille*

## ORIGINES STIRPIS

Qui patre Teutonico progeneratus erat.  
 Cuius in Imperio Germano cognita virtus  
 Luxit, ut Æacides clarus ubiq; fuit.  
 Ac velut haud generat pullos regina volucrum,  
 In quibus eniteat vis genuinam in minor:  
 Nec creat acer equus damas ceruosq; fugaces,  
 Nec timidum leporem saeua leæna parit:  
 Sic ab honorata deduxit stirpe parentum,  
 Semina virtutum mens generosa Ducas:  
 Est quibus à ducibus pietatis ad atria ductus,  
 Nil nisi magna volens, nil nisi iusta probans.  
 Scilicet ille calor dius, qui pectora regum  
 Commónet, ardenti cuncta iuuabat ope,  
 Inde velut stimulis mens acribus acta, solebat  
 Stemma vetus factis nobilitare nouis.  
 Hoc hero a decus, vis hæc sata cælitus ornat:  
 Præditus hac, verè nobilis esse potest.  
 At decus est maius, cum mens pia principis haurit  
 Saluiscum verbum, flamine mota sacro.  
 Cultibus integris & Christi seruit honori,  
 Adiuuat & pura religionis opus.  
 Talis erat princeps Dux ille Georgius, auctus  
 Æterni vera cognitione Dei.  
 Qui precibus triplex in nomine numen adorans,  
 Totius populi regula solus erat.  
 Auxilio cuius florens Ecclesia Christi,  
 Spargebat verbi semina letasui.  
 Auxilio cuius discebat dogmata sana,  
 Plurima corde pio dedit at turba Deo.  
 Cumq; gubernaret iusto moderamine ciues,  
 His & munifico pectora ferret opem:  
 Castaq; sinceri seruaret fœderalecti,  
 Offerret castamenteq; vota Deo:  
 Misquit ista suis votis pia vota subinde,  
 Ah aeternæ Deus meq; meosq; rege:  
 Te seruante cohors duret vigeatq; piorum,  
 Sit nea sub dextra patria salua tua.  
 Tu rege venturam sobolem serosq; nepotes,  
 Ut sint cultores nominis usque tui.  
 Sapientia hæc repetens generosi pectoris heros,  
 • Supremum tandem clausit in orbe diem.  
 Iamq; suos patres celebres, Heros, & inter  
 Marchiacos fruitur luce perenne Dei.  
 O venerande senex salue, carissima vota

Sint

*Sint rata pro cara posteritate tua.*

*Rectorum generi benedicas, Christe benigne,*

*Da domus hæc summis floreat aucta bonis.*

*Quæ colit æternum sincero pectore numen,*

*Interit haud ullo tempore salua domus.*

Dubrauius Olomucensis ut veris laudibus Albertum auum effert, ita Principi huic iniquior extitit: quæ hoc loco excutere disputando haud libert.

ALBERTVS, nascitur M. Maij D. xvii. m. cccc. xc. Adolescentulus vixit in familia HERMANNI, Archiepiscopi Colonensis. Ad militiam deinde à patre traducitur.

ANNO M. D. xi. ab MAXIMILIANO I. Cæs. Marianorum Equitum familiæ ascribitur, & nouo exemplo simul Magister renuntiatur atq; inaugurator. Habuit post id tempus graue per biennium cum SIGISMVND O, rege Poloniæ, bellum, propterea, quod iurare in verba illius nollet: Cum quo tandem quadriennij pactus inducias, cum interea Cæsarem & reliquos Imperij ordines frustra de auxilijs sollicitasset, pacem cum Polono facit: fidem ei ut magistratui suo dat: & Prussia sibi vendicata, pro Magistro de regis voluntate, Ducem se gerit. Fuit hoc ad annum M. D. xxv. Germania grauissimis motibus turbata. Cumq; deinde etiam Euangelij doctrinam suscepisset, & vxorem duxisset, vniuersum Teutonicum ordinem in se concitauit: A quo Magistri dignitate in Waltherum Cronbergum translata, cum ab eo in omnibus comitijs accusaretur, et si scripto se defendit publico, parum tamen apud aduersarios profecit, ita quidem ut his instigantibus, & Cæsar factam cum Polonis transactionem, ceu quæ in Imperij detrimentum vergeret, resciderit, & Camera ipsum proscriperit. Illud sub annū M. D. xxx. Augustæ, hoc post biennium accidit. Satisq; constat, eadem de causa societatem fœderis Protestantium M. D. xxxviii. illi denegatam fuisse. Tametsi verò de proscriptione abolenda tam apud Cæsarem quam apud reliquos Imperij ordines saepè multumq; sollicitarit Rex Poloniæ, & post bellum Germanicum in conuentu Augustano per Stanislauum Lascum idem urserit, omnia tamen frustra fuere: & tum ad cognitionem delectorum Principum causa reiecta, prius latasententia ab his confirmatur. Sed interea & postea quoq; temporis, sub Polonorum tutela & protectione & Prussia & Duci dignitas Alberto mansit, & quidem sine bello mansit.

Anno M. D. li. Andrea Osiandro, qui ante triennium Noriberga ad ipsum commigrasset, quemq; sui seculi Promethea Stigelius nominabat, nouas de religione turbas dante, cum ea re varias de se concitasset suspiciones, tandem à morte huius anno quarto scripto publico Confessionis Augustanæ doctrinam sequi se velle profitetur, & secundum illam Ecclesiarum suarum ministri doceant, edicit.

Anno M. D. lxi. à PIO III. Pontifice Romano ad Synodum

Tridentinam per legatum Ioannem Franciscum Canobium euocatur. Quem cùm propter regis Poloniæ commendationem, cui suas etiam Stanislaus Hosius, Episcopus Varmiensis, adiunxit litteras, admisisset: quanquam à Pontifice Dux Borussiæ salutaretur, quod dengaffet hactenus Cæsar, & per eum obtineri idem cum proscriptionis abolitione facile à Cæsare posse, opinio esset, tamen re cum Theologis & consiliariis communicata, hoc illi responsum reddit, ut Pontificis auctoritatem in negotio religionis nihil ad se pertinere, ostendebit: Liberum verò vel oecumenicum vel nationale in Germania ab Cæsare indictum concilium, non recusarit. Aliquanto post in eam actionem scripto publico debacchante Hosium, alio contrario retundit.

Anno M. D. LXXXI. cum infesto exercitu Prussiam petentem ERICVM Iuniorem, Ducem Brunsuicensem, transitu arcet: Cùm de tam subita expeditione nihil à quoquam præmonitus, vix suas cogere copias potuisset. Ac peperit ea tum perturbatio periculosissimum ipsi ἡμιπληγίας ἡ παραλύσεως morbum: Qui etsi curatione felicissima depulsus ita fuit, ut non nisi exigua in sermone ex minus articulata pronunciatione inde difficultas obseruari posset, semina tamen aliorum morborum reliquit. His sub annum M. D. LXVII. recrudescentibus, cùm ob pestis grassantis contagionem Tapiam secessisset, indies valitudine incommodiore esse cœpit: Qua aliquandiu conflictatus, moritur seq. anni D. Martij xix. cùm annos vixisset 77. dies 307. hor. 2. Fuit eximio religionis & pietatis studio: cui præter alias virtutes & clementiam & moderationem & munificentiam penè regiam adiunxit. • Elegantiores litteras & reliquas disciplinas voluntate semper complexus est benignissima, ijsq; iuuandis Conigsbergæ academiam fundauit, M. D. XLIV. 17. Augusti, vsus ea in re administrō præcipuo Georgio Sabino, cuius operam à IOACHIMO II. Electore impetrasset. Adhæc in tabulas Prutenicas sumtum fecit, monumentum ad omnem posteritatem duraturum. A studio in homines doctos, quod quām diu in vita fuit, de se mirificum & prolixum præstítit, hi certatim ex omni penè Germania ad eum confluxerunt, quibus & perfugium & hospitium dedit. Edidit orationes aliquot, quibus de morte Principis huius explicatur, & vitæ historia breuiter perstringitur, Dauid Voitus, Doctor Theologus. Prædicat etiam iustissimas eius laudes poematis suis passim Sabinus. Circumferturq; cum primis luculentum tam de Alberti quām de coniugis Annæ Mariæ obitu carmen viri equestris nobilitatis Friderici Nostitij.

Ioannes, nascitur M. CCCC. XCIII. Promeruit Gubernatoris nomen ac dignitatem Valentia in Hispania. Et sunt qui Germanam, Duces Nabonensis F. quæ fuissest antè cum Ferdinando rege, Caroli V. & Ferdinandi Imp. suo materno, ab eo ductam in vxorem tradant. Interit sine prole, M. D. XXIIII. idq; non sine veneni suspicione. Satis enim constat, in tanta dignitate & fortuna, ita ut sit, Hispanorum procurum

cerum æmulationem, occultamq; inuidiam, effugere eum ne quiuiisse. E quibus cùm vnu tandem manifestam cum ipso inimicitiam suscepisset, Princeps, qui tam corporis proceri robore, quām animi magnitudine nulli cederet, & tuendum patriæ ac maiorum decus censeret, odiasset autē Germanica ingenuitate fraudes & insidias, duellum, quod aperto Marte, inq; omnium oculis ambo inirent, aduersario denunciat, missa simul valida quapiam eius generis hasta, cuiusmodi in equestribus certaminibus vti cataphracti solent: ferro & armis, non ignauis simultatibus, aut occultis & nefarijs sicariorum machinationibus cum illo de causa disceptaturus, vel cataphractus in equo congressurus. Hispanus pondus hastæ veheenter demiratus, mox vela contrahit, & certamen detrectat. Sistit nihilominus se die & loco præstituto Princeps, hastamq; illam non sine singulari circumfusæ spectantium corona admiratione, ita vt in equo insidebat, circumuehit ac vibrat, & animum ad pugnam paratum ostendit: nec aduersario comparente, honorifica omnium acclamatione summæ fortitudinis laudem reportat. Perhibetur autem ante supremum vitæ diem mandasse, vt eadem hasta veluti trophyum aliquod tumulo suo affigeretur.

Fridericus, nascitur M. CCCC. XCIII. Fridericus Albertus M. D.  
1. Vterq; infans mortuus est. Nam ideo h̄ic simul nominauimus.

Fridericus, nascitur M. CCCC. XCVI. E Canonicō Moguntino dignitatē Præpositi Wirceburgi consecutus, vitam Geneuæ finit, cùm militaret Carolo v. Cæs. contra FRANCISCVM I. regem Galliæ, M. D. XXXVI.

Wilhelmus, nascitur M. CCCC. XCVII. consecutus est Episcopatum Rigensem in Liuonia: Vbi Wilhelmi Furstembergij, ordinis Teutonici per eam regionem Magistri, bello oppugnatus, atq; captius, opera Sigismundi Augusti, regis Poloniæ, & Alberti, Ducis Borussiæ, fratris, liberatur. Fuit hoc ad annum M. D. LVI. Sequenti anno fermè intercipitur à IOANN E BASILIO, Duce Moscouiæ, qui truculentum Liuoniæ bellum fecisset. Cedit è vita M. D. LXIII. ætatis LXV.

IOANN. ALBERTVS, nascitur M. CCC. XCIX. Patrueli ALBERTO, Cardinali, in Archiepiscopatu Magdeburg. Coadiutor, quē vocant, adiunctus, defuncto ei successor datur. Moritur podagricus M. D. LI. 17. Maij, ætatis LII. Habet editio fabularum Ælopicarū, quam Ioachimus Camerarius postremam atq; absolutissimam instituit, in calce adiectam Testudinem Mariangeli Accursij. Prædicta cavitq; hunc idem Camerarius vt virum eruditum, & ingenij facultate præditum singulari, & industria laude excellentem. Memorat & istud, additam fabulam illam operi, quod Mariangelus Ioanni Alberto & Gumberto fratribus dicasset, & titulū fecisset Diatribas. Nā ambos Principes opera eius Romæ vso fuisse. Quod etsi videri cuipiā exile posset, indicandum tamē erat, vt velinde aliquo modo æstimaretur, nō solū à nostris hominibus, sed etiā exterorū studijs Principes hosce celebratos fuisse.

Gumbertus, nascitur M. D. IIII. adipiscitur Wirciburgi & Pabebergæ Canonici dignitatem: deinde apud Leonem x. Pontificem Camerarij munere fungitur. Obiit Neapoli sine prole.

E filiabus Friderici, Elizabeta nupsit Ernesto, Marchioni Baden-  
• f. Margarita Boguslao, Ducis Pomeraniae: Sophia Friderico, Ducis Li-  
gnicensi: Anna Vladislao, Ducis Teschinensi: Barbara Georgio, Land-  
gratio Leuchtebergensi.

• LIBERI CAZIMIRI.

Fuit CAZIMIRO vxor Susanna, Alberti Sapientis, Ducis Bauariae F. è quanati ALBERTVS, Maria, Cunegunda, Catharina.

ALBERTVS, fuit à patris obitu in GEORGII patrui tutela, & bonis litteris à Vincentio Opsopœo imbuitur.

Anno M. D. XLVII. militat CAROLO v. Cæsari cum equitibus mille bello Gallico, & iterum M. D. XLVI. contra confederatos Protestantes. Sequenti anno cum instructissimis equitum peditumq; copijs Mauricio, Duci Saxon. cui familiarissimus esset, auxilio mittitur: Qui cùm Rochlicium ei attribuisset, ab IOANN. FRIDERICO E-lectore ex inopinato opprimitur, & dum fugam circumspicit, ab ERNESTO Brunsuicensi intercipitur, ac Gothæ vsq; ad pugnam Mulbergensem, & deditam Vitebergam, captiuus detinetur. Tum enim inter pacis conditiones rursus dimissus, & quidem absq; mulcta dimis-  
sus, etiam ablata recuperat.

Anno M. D. L. post cladem Magdeburgensium, quam GEORGIVS Megalburgius intulisset, cum socijs, Mauricio, Ioachimo Bran-  
deburg. agnato, & Henrico Brunsuic. ad bellum illis faciendū se com-  
parat: & Mauricio Lipsiæ iunctus, obsidionem communi Marte vrget.

Anno M. D. LII. iterum cum Mauricio socia arma contra Cæsa-  
rem coniungit: vexat direptionibus & incendijs Vlmenses & Wolf-  
gangum, ordinis Teutonici Magistrum: Noribergam infesta obsidio-  
ne premit, & illatis grauissimis incommodis, ad pacis conditiones rei-  
pub. damnosas Seſſatum adigit. Inde in finitos Episcopos, Pabeper-  
gensem & Wirceburgensem, se conuertit: illi oppida & præfecturas ad  
20. huic mulctam 20000. aureorum & debitorum suorum exolutio-  
nen extorquet. Iamq; à Mauricio planè digressus, Moguntinum fini-  
bus expellit: occupat Wormaciā & Spiram, Episcopis fugatis, & pe-  
cunia imperata. Vbi deinde de pace Passauij conuenit, teneri ipse no-  
luit, & frustra Francofurto ad Mœnum tentato, iterum Rheni tractū  
petit: Moguntinis & Spirensibus damni multum infert: Treuiros dedi-  
tione occupat: Lucemburgicum agrum & Lotharingiam rapinis in-  
festat. Interea Metensi obsidione ab Cæsare instituta, cùm conuenire  
de stipendio cum Gallis non posset, quorundam intercessione Cæsari  
reconciliatur, & non solum transactio cum Episcopis, Pabepergensi  
& Wircebergensi, confirmatur, sed & proscriptis aliquot in eius gratiā  
ignosci-

ignoscitur. Ob hæc Aumalium Ducem, è familia Guisia, totis viribus in ipsum irruentem, excipit fortiter, & ingenti strage profligatū viuum capit, indeq; ad Metim cum Cæfare se cōiungit. Qua frustra oppugnata, cùm exinde aliquantis per in Treuiris hyemasset, interea à Camera Episcopo Pabepergensi, vt sua recuperet, permittitur, & finitimus, vt opem ei ferant, demandatur. De hoc conquestus ad Cæsarem, & vt superiore eius beneficio sibi vt liceret integro, obtestatus, componi rem amicè sinat, commonetur, & sequestres Bauarus & Wirtembergicus ei proponuntur. Apud quos cùm causa Heidelbergæ diligenter disceptata, ab Episcopis, & imprimis Pabepergensi, qui oppida sua retinere pacata cuperet, pecuniæ vis magna offerretur, de pactis ipse atq; concessione Cæsar is, instat: & cùm deduci ab eo non posset, arma capit. Ad eam famam coniunctis primùm sequestribus ipsis cum Moguntino & Treuirensi, deinde post Cameræ ad Principes aliquot de Pabepergensi & Wirceburgensi defendendis promulgatum decretū, Mauricio cum Henrico Brunsuic. ita sociato, vt Episcopis & Noribergensisbus opem ambo pollicerentur: fines horū adortus omni maleficij genere exhaust: occupat Pabepergam & Schuinfurtum: intercipit conductum ab Noribergensisbus equitatum: multat Ecclesiasticos Halberstadenses: Henrici Brunsuicensis agrū incendijs & rapinis vastat: reijcit Ioachimi E L. agnati missos de pace legatos. Nec multo pòst in hostilis exercitus conspectū progressus, cùm ad manus ventum esset, pòst acerrimā dimicationem equitatu superatur, sic tamen vt victoriam hosti maximè cruentam relinqueret. Nam præter Mauricium ipsum & Henrici Brunsuic. filij duo & Fridericus Luneburgius & Comites 14. occubuer. Ipse fuga Hannoueram elapsus, mox vires instaurat: ordinibus Mau- ricianis confœderationē renunciat: & conciliatus aliquanto pòst A v g u s t o E L. Mauricij fratri, cum Henrico Brunsuic. ad urbem Brunsuigam prælio decertat: atq; in fugam iterum coniectus, Brunsuigā repetit, amissio interea deditione Hofio. Id cùm deinde subita impressione recuperasset, paulo pòst cum alijs oppidis amittit: & solicitantibus aduersarijs, cùm à Camera cæremonia solenni, tum à Cæsare proscribitur. Post hoc tempus ab Aumalio dimisso ad 6000. aureorum consecutus, exercitum in Saxonia nouum conscrifit: Schuinfurtum urbem ab hoste obsessam occultè ingreditur, rursusq; ob commeatus inopiam deserere eam coactus, cùm ab hostili exercitu insequente ad conserendā manum sisteretur, quòd impar viribus esset, tertio funditur: & octauo pòst die Blasseburgo capto, finibus omnibus expellitur. Ergo d'ebus suis desperans, Lotharingiam petit: & cùm rex Galliæ hospitium ei nō denegaret, inde in Galliam se recipit.

An. M. D. L V I. fide publica in Germaniā redit: & causa eius à Principum & ciuitatum aliquot legatis Ratisbonæ disceptatur.

Mortem obiit Phorcemij, agri Badensis oppido, M. D. L V I. 8. Ianuarij, ætatis x x x v. sobole nulla relicta.

In filiabus Cazimiri Maria nupsit FRIDERICO EL. Palatino:  
Cunegunda Carolo, Marchioni Badensi: Catharina virgo obijt.

## LIBERI GEORGII.

GEORGIO coniuges fuere tres: prima Beatrix, Ioannis Huniadi F. vt Wolfgangus Iustus: altera Hedwigis, Caroli, Ducis Monsterbergensis F. è qua natæ, Anna Maria & Sabina: tertia Æmilia, Henrici, Ducis Saxon. F. qua geniti GEORGIVS FRIDERICVS, Sophia, Barbara & Catharina Dorothea.

GEORGIVS FRIDERICVS, nascitur M. D. XXXVIII. April. Recuperauit Alberti patruelis per Franciam ditionem: & dum ad patris se componit exemplum, & Ecclesijs quām optimè prospicit, & prolixa beneficentia opt. artiū studia adiuuat, stipendijs eam ad rem erogatis plurimis. Nostrum fuerit à perenni Dei bonitate  $\chi \nu \alpha \tau \nu \delta \epsilon \gamma \nu$  rogare, vt benigno respectu tam ipsum Principem, quām laudatiss. gubernationis statum istum diu saluum atq; incolumem præster. Meruit diuersa ex hominum doctorum scriptis cum nomine ipsius publicatis elogia. Preclarum est enim (vt hoc obiter hīc inseramus) quod habet Aristides Orator: πόλις μὲν νεώτεροι Θεοῖς τεραστίκαι καθηγοῦν, τέτοιοι δὲ αὐτοὶ πόλις ἐλλογίμουστῇ τῷ βιβλίῳ πάντει πηγαν, hoc est, Templū Diis consecrare conuenit, viros verò illustres & laude præstantes decet librorum dedicatione honorare. Sociatur matrimonio eius Elizabeta, Ioannis agnati F. M. D. LVIII. 26. Decembr. eaq; vita defuncta alteram vxore ducit Sophiam, Gulielmi Lüneburg. F. M. D. LXXIX. 3. Maij, celebratis nuptijs Dresdæ.

E filiabus GEORGII, Anna Maria nupsit Christophoro, Duci Wirtembergensi, Sabina, IOANNI GEORGIO, Electori Brandenburg. Sophia Henrico, Duci Lignicensi & Brig. Catharina Dorothea, Henrico, Burggrafo Myjniæ.

## LIBERI ALBERTI, DVCIS BORVSSIÆ.

Fuere in ALBERTI matrimonio, Dorothea, FRIDERICI, regis Danorum filia, è quanati, Fridericus, Albertus, Anna Sophia, Catharina, Lucia Dorothea: & altera Anna Maria, Erici Senioris, Ducis Brunswicensis filia, qua procreati, Albertus Fridericus & Elizabeta.

Fridericus & Albertus mortem obiere in infantia.

Albertus Fridericus, nascitur M. D. LII. 29. April. quem eius natalem carmine celebrauit Sabinus lib. 6. Eleg. Adolescētiæ ipsius in litteris & pietatis studijs informationem habet Camerarius in procēcio Progymnasmatum Aphthonij, peculiariter huius Principis indoli dictatorum. Vxorem duxit Mariam Eleonorā, Gulielmi Ducis Iuliacensis F. 14. Octobr. M. D. LXIIII. Inde q; filias suscepit, Annam 3. Iulij M. D. LXVI. & Mariam 22. Ianuarij M. D. LXIX.

In filiabus Alberti, Anna Sophia nupsit Ioanni Alberto, Duci Megalburg.

FINIS.

STE M-

## STEMMA FAMILIÆ WELFORVM.

Warinus, Comes Altorfi Sueuorum.

Henbardus. — Irmentrudis.

WELFVS I.

Etico.

IVDITHA,  
Augusta.Henricus, primus dy  
nasta Rauesburgi. — Juditha,  
Duc. Saxoni.Henricus. — Beata, Com. Barbo. — Luitgardis, regina  
Bogensis. — Bauariæ.D. Conradus, Episc.  
Constantiensis.Etico, Episcopus  
Augustanus.Rudolfus. — Ita, Com.  
Otting.Henricus. WELFVS II. — Immisla  
Glisberg. — BARTHOLDVS, condidit stirpem Zolleranam, Richildis. Cunegunda.  
è qua porrò oriundi COLVMNII Romani.

WELFVS III.

Cunegunda. — AZO ESTENSIS, Mar-  
chio Ferrarie, &c.WELFVS IV. cognomo — Juditha, Com.  
mento Robustus. — Flandriæ.

WELFVS V.

Mathilda, Mar-  
chion. Ital. — Wulfhildis, Duc. — Henricus, cognomo  
mento Superbus. — Saxon. — mento Niger.Gertrudis, Lo- — Henricus, cogno- Conradus. WELFVS VI. cognomen — Ita Com. Juditha, Sophia. Mathilda. Wulfhildis.  
thani Cæf. F. — mento Superbus. — to Beneficus & Bonus. — Calbæsis.HENRICVS, cogno — Mathilda, regi-  
mento Leo. — na Angl.Imp. Cæf. OTHO — Wilhelmus. — Henricus, Comes Pa- — Ruttherus.  
1111. Aug. — lat. ad Rhenum.Otho, primus Dux Brun-  
suic. & Lunæburg.

WELFVS VII.

STEMMA FAMILIAE MARCHIONVM ET ELECTORVM BRANDENBURG. &c.

PATRVS, gente Coloniensi, origine Welfus è Zollerana stirpe, quam ceu instauratam hoc generis satu propagat.

FIRFRIDVS. Burcardus. Ioannes.

Fridericus.—N. Marchionissa.  
• | Catinthia.  
Fridericus.

N. Com. Tu — Fridericus.  
bingensis.

Eielfriericus I.—Agnes, Com.  
Habsburgia.

Elisabetha, Otho.—FRIEDERICVS primus—Beatrix, scu Hœlianus, Ducis Metra-  
borgius Noriberg. Eicelfridricus I. pro-  
pagauit familiam Zol-  
letanam, de qua alibi.

FRIERICVS II.—Margarita, Conradus.—Agnes, Com. Albertus. Anna. Helena.

Bertholdus Epi- Fridericus, Epi- IoANNES—Elisabetha Albertus, cognomen: —Sophia Hen-  
scopus Eichstad. scop. Ratibor. Burgr. J. Henneberg. to Pulcer.

Elisabetha, Friderici Gra — FRIEDERICVS—Ingelburga, Ludouici Roma-

uis, Landgrafi Turing. F. i i. Burgr. ni, March. Brandenburg. F.

Margarita,—Ioannes. FRIEDERICVS, pri- Elizabetha, Beatrix. Margarita. Beronica. Anna. Catharina. Agnes.

Carol. III. mus Elector & Mar- Dic. Bauar. Augusta.

chio Brandenburg.

Ioannes.—Barbara, FRIDERICVS, —Catharina, Margarita, Mar —ALBERTVS, —Anna, Fridericsofeno. —Agnes, Duc. Magda. Sophia.  
Duc. Saxon. Elector. | Dut. Saxon. chion. Baden. cognomento | Dic. Ponteran. cilia. ita. Barbara. lena.

Rudolfus. Dorothea. Elizabeta. Barbara. Ioannes. Erasmus. Margarita. Dorothea.

IOANNES,—Margarita, Fridericus. Wolfgangus. Margarita. Elizabetha.

Elector. Cui sunt coniuges\* | Duc. Sax.

a

Wolfgangus. Elisabetha regi—IOACHIMVS ALBERTVS, Cardinalis & Archi- Anna. Viula. Elisabetha.

na Daniae. | Elector.

Magdalena.—IOACHIMVS—Hedwigis. Ec- | Georgius. | Paulus. | Barbara. Elisabetha.

Duc. Saxon. | 1. Elector. | Gina Polon.

SIGISMUNDVS, Ar- ELIZABETRA MA- Hedwigis. Sophia. | Elisabetha. CATHARINA.

Albertus. Georgius. IOANNES GEORGIVS, FRIEDERICVS, Ar- chiepisc. Magdeburg.

Elector. Cui sunt coniuges\* | Elector. Cui sunt coniuges\*

\* 1. Sophia, Duc. Lignic. vnde natus

Catharina, —IOACHIMVS FRIDERICVS, Georgius | Magdalena. Hedwigis. Magdalena. Margarita. Maria. EMYDVS. Anna Maria. Sophia.

gentilis. | Administrator Magdeburg.

Ioannes Sigismundus. Georgius.

\* 2. Sabinagentilis, vnde natus:

Catharina, —Dorothea, —Æmilia, Dorothea, —Anna Ma- Fridericus, Ioannes Gu- Wilhelmus, Ar- chiep. Rigen. Magdeburg.

Duc. Mon cognomen- | regina Da- | ria, Duc. Præpositus Bernator v/a Brunfels. Wicelburg. lenia.

ALBER. Maria. Cunegunda. Cath- Anna SABINA. Albertus Fri — Maria Eleonora, Elisabetha.

tvs. | Maria. | Sabina. | Barbara. | Catharina Dorothea. Anna. Maria.

Elizabetha, —GEORGIVS—Sophia, Duc. Sophia. | Barbara. | Catharina Dorothea. Anna. Maria.

genilis. FRIDERICVS. Luneburg.

CaZIMIRVS.—Suffanna, Hedwigis, —Georgivs, —Æmilia, Dorothea, —Anna Ma- Fridericus, Ioannes Gu- Wilhelmus, Ar- chiep. Rigen. Magdeburg.

Duc. Bau. | Duc. Mon cognomen- | regina Da- | ria, Duc. Præpositus Bernator v/a Brunfels. Wicelburg. lenia.


ALBER. Maria. Cunegunda. Cath- Anna SABINA. Albertus Fri — Maria Eleonora, Elisabetha.


tvs. | Maria. | Barbara. | Catharina Dorothea. Anna. Maria.

Elizabetha, —GEORGIVS—Sophia, Duc. Sophia. | Barbara. | Catharina Dorothea. Anna. Maria.


genilis. FRIDERICVS.
























1



1563303

realitur ad aerem. in oculum  
tum. neq; datur qui sit istud  
de eo. Et sicut transire necesse sur-  
sum est elevarur de ea ac. agit  
ignis itum non credit deorsum  
qui remonetur aer ab eo. cum non  
est ei finitas omnis. neq; in eo i  
suo neq; in non molesto. Nam  
mam est rectum in quidque et  
corib; similib; q; ergo ab  
solite resident sub corib; omni  
bus; et est q; sine fine. aut i  
leco suo. aut in loco corporis sup q;  
est natans propinquum similitu-  
dini nubis matris sine cuncta  
mam. q; p; incedit ad celum  
mam. Sicut illud secundum. tunc  
aliquid diuersum ab corpore. scilicet  
mam absoluunt ut sunt duo ma-  
tiam si est matris agus rei summa-  
tum. adiunctio aut et  
trianguli corpora omnia interde-  
ant deorsum. aut sursum. et inde  
aliquid absoluuntum quid. Si  
omnia corpora incedent deorsum  
qui opponuntur ex corib; mag-  
nis. aut ex corib; multis. aut  
ex rebus impletis quindam. Et  
aut est natus et alienum quin nos  
incedimus alio corpus interdere

sunt summa tempore in demum inde  
aliud deorsum semper. sicut natu-  
ritate calendaris non in comparsa  
aut incedens sursum semper non er-  
corpus incedens deorsum omni. Et  
quedam sunt corpora media ince-  
dentes deorsum velotius q; sit in  
cessu. q; est quia sunt in aere  
multo trianguli multo corpora  
dimata suis q; que sunt in cor-  
porib; grise. Nos autem non incedem  
enim ex eptib; aeris incedere deor-  
sum. sicut etiam in aere levi. Et  
hinc incedunt si aliquis dicit  
q; non est matris gressus. tunc una  
sunt due. dicimus ipso accidit  
ex his si uno duobus q; est mitig-  
neum etiam sicut duobus q; est  
miteretur et aqua. q; c; ponunt  
naturatem impletum dicas  
matris gressus. et purgative  
incedere sursum propinquum  
mutitudinem impletum q;  
ponit per pulchritudinem in aere igne  
mutram. et in aqua etiam mutam  
q; est tunc in aqua mutare fire  
de igne plus quam in aere. et in ae-  
re multo. q; de tunc plus quam in  
aqua pauca. sicut illud est. Et

q; quod est in aere. dicitur levi  
non enim semper non levus. sed  
non inveniatur nisi in aqua. sed  
cum pleno. sicut etiam in aqua  
respiramus. sicut per plenum. quod  
est aliquid pars ultime. possum  
etiam est in deorsum. Et  
modus in aqua nubes plene vel aqua  
est deorsum.

Et si posset quod dicitur. quae non  
in eptibus sed in multib; plena. sit  
potest. nec si posset quod q; dicitur  
in aere et levi.

Et nubes q; que sunt per plena.  
q; quod non est aliquid cor tenuis.

q; quod plenum sit in aere et  
nubes non tenuis sed deos.  
Potes est hoc differere ab aqua sit  
q; non diff. Et quod sit plena  
est nups et plus de plena et levi  
nups est plus de nubo. sit  
sit et plus de aqua et non differ-  
ere plena de aqua.  
Hoc quod nubes in aere tenuis et plena  
gess.

Et tunc in ipso adhuc multum  
pleno.

Et in multo aqua. sicut in multo  
ut in nube. q; ut in multo aqua  
nups est. Et nubes est. q; ipsas esse plena  
pon.

q; quod non sunt est.

et in per illo nō meditaer int̄  
de gloriis et leticiis q̄m uocis sua  
et que p̄dā. sicut nō in enī  
hō dōmī. **L**igātūdē cōmī:  
nō cōdē b̄tredicāmus ut ignis mo  
ne fūrsum pp̄ multitudine q̄s  
in eo de impletione. s̄ illi aer me  
dir ad lecūm sui sup̄ acū pp̄ en  
q̄ in cōsūrūt quādām re. illi q̄  
n̄cedit de gloriis pp̄ ea q̄ mea se  
quid̄ re. q̄ hauc quis dicat q̄ ua  
cūta et impletio sit in aliquo  
opp̄um per illo nō. aqua tā  
cedit sui sumi uelotus. s̄ aer  
paucis et aer in multitudine dicit  
de gloriis uelotus q̄ acī pauci si  
durūt. **D**icit̄ tūc q̄ figure  
uolunt̄ causā uelotus in corp̄i  
corp̄i tūlūt. et quod̄ ex deo  
stū. h̄ sit ca uelotat̄ mē  
ex et ardorat̄ ex. **D**icōḡ.  
uerū inquirere de illo. **D**icōḡ  
et quidam inquirunt̄ c̄ illū.  
le figure. et plur̄ latē figure  
nātāt̄ sup̄ aq̄. mōnāt̄ s̄ā  
parūt̄ nō tūndū et oblongū  
s̄āt̄ aūt̄. s̄ abh̄ ḡt̄ r̄ p̄f̄dā  
r̄t̄ q̄t̄ quēdam corp̄i p̄uāt̄  
tāt̄ sup̄ aq̄. s̄e fūt̄ uelotari  
sup̄ aq̄. et aūt̄ corp̄a tēra s̄e p̄uāt̄  
corp̄a et līmo. ul̄ līmo. ul̄ līmo

nātāt̄ sup̄ aq̄. **D**icōḡ q̄ de  
mēritū dīcām illūt̄ et rālūt̄  
q̄ est c̄ dūt̄ corp̄a ḡt̄ late  
figūrāt̄ sup̄ aq̄. tāt̄ uā  
p̄t̄o egrēdēt̄ et aq̄ et eñt̄  
et aq̄ nō s̄ūt̄ et s̄ūt̄ dōmī.  
corp̄a aūt̄ ḡt̄ subm̄ḡt̄ et  
māqua. q̄t̄ aq̄ p̄t̄o egrēdēt̄  
et aq̄ tangēt̄ et aq̄ tangēt̄  
māt̄ corp̄a eoz. māt̄ māt̄ tan  
gūr̄ māt̄ q̄ app̄et̄ et illūt̄ et  
māt̄ dīcāp̄ q̄t̄ et aq̄ ab eū p̄  
p̄p̄t̄at̄ et māt̄ tangēt̄ de ḡt̄  
et q̄t̄ subm̄ḡt̄ et p̄t̄m̄d̄  
māt̄ aut̄ redēt̄es sup̄ p̄t̄m̄d̄  
li illūt̄ est trāt̄ et corp̄a ḡt̄ late  
māt̄ dīḡt̄a et trāt̄ et aq̄  
q̄t̄ uap̄o et aq̄ et s̄ūt̄ p̄t̄o  
et qui s̄ūt̄ māqua et dēmōt̄  
quid̄ sc̄i t̄t̄. h̄t̄ et c̄t̄ et  
dīm̄t̄ sup̄ p̄t̄. q̄t̄ subm̄ḡt̄ et  
s̄ūt̄ māt̄ uelotat̄ debili. et  
dīc̄t̄ corp̄a ḡt̄ et aq̄ et  
tāt̄ sup̄ aq̄. māt̄ nātāt̄ sup̄  
aerem. et māt̄ uap̄o egrēdēt̄  
et aere. nō egrēdēt̄ et ḡt̄ et  
nāt̄ et aq̄ et tangēt̄ corp̄a  
et p̄p̄dēt̄ et māt̄ tangēt̄  
et p̄p̄dēt̄ pp̄dīq̄d̄ tēm̄t̄  
et aq̄ et sublīt̄ et aq̄. **D**icōḡ  
māt̄ aut̄ nos q̄t̄ corp̄a et aq̄ et

**Contra** custodiens

poeti meo et cito alia

propter meo ut cito dant  
uci in tua

lata tua non recens quod

in nichil tuis non declinari.

Audens tuis non declinari  
qua tu legere posuisti mihi  
qua dicti faneb' meseloq' a

de gurum meo elati

in dulca faneb' meseloq'  
tra sup mel' or' meo.

randantur mallei.

